BAPTISTÆ MANTUANI

PARTHENICE

DEVENTR. J. DE BREDA

1498.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

~~No. 144a~~
171 G 61
GW. 3285
CA. 226

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

# Carmina de btā virgine Maria que et parthenice dicuntur.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

¶ Fratris Baptiſtę mantuani Carmelitę Theologi ad Ludowicum Fuſcararium et Ioannem Baptiſtam Refrigerium ciues Bononienſes Parthenice Incipit fęliciter

Sancta paleſtinę repetens exordia nymphę:
Difficiles ortus: et formidata profundo
Incrementa Ioui: mores: hymeneaqꝫ feſta
Uirginis: et ſacri referam miracula partus:
Actaqꝫ: et acceptos mūdi melioris honores
Sed neqꝫ pierij fontis: neqꝫ phocidis vndę
Nunc vada ſunt tentanda mihi: maiore camęna
Et maioris opus nunc eſt ope numinis: ergo
Tu mihi diua faue cęlum cui militat omne.
Quam trepidant herebi ſedes: cui terra fretumqꝫ
Uota preceſqꝫ ferunt. noſtro tu ſola labori
Sis pręſens: operiqꝫ tuo largita futuro
Pręſidium: noſtrę veniens illabere menti
Tu licet a noſtro ſpacijs ingentibus orbe
Diſiungare: ſuos quantum polus eleuat ignes
Non tamen humanos caſus oblita. tuumqꝫ
Nil perteſa genus. vigili mortalia cura
Suſcipis. et lachrymę tangunt tua pectora noſtrę
Tu placidum terris ſidus quod liberat omnis
A pelagi feruore rates. quod luce benigna
Saturni. martiſqꝫ graues eliminat iras.
Tu nobis elice. nobis Cynoſura. per altum
Te duce vela damus portus habitura ſecūdos
Tu mare. tu ventos. tu ſidera cuncta. deumqꝫ
Concilias. tu tuta ſalus. tu pacis origo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Tu commune bonum. generis tu gloria noſtri
Huc ades. ⁊ cęptos pręſenti numine curſus
Dirige: et infirmam rege per vada cerula puppim
A Ana diu vanos ſecum plorauerat vſus
Connubij: ſterilemq; thorum triſtemq; hymeneum
Propterea duplicesq; manus. frontemq; ſupinam
Attollens: humili ſuperos ita voce precata eſt.
Numina: quę regitis cęlos: quę voluitis aſtra
Vos penes eſt genus omne boni: vos omnia rerum
Semina ſeruatis: gremium telluris inane eſt
Et ſine fruge ſolum niſi ſumat ab ęthere vires
Siue per aſtrorum curſus. radioſq; calentes:
Siue dei ſolo: qui temperat omnia nutu
Venimus ad canos frigeſcentemq; ſenectam.
Et noſtrę ſine prole dies abiere iuuentę
Longa infęlicis thalami conſortia fine
Claudimus infauſto vir pluribus exulat annis
Conſpectus hominum fugiens: domus orba magiſtro.
Fluctuat amiſſo. ceu nauis in ęquore clauo
Currimus in fatum. tacitiſq; recedimus annis
Mortuaq; ętatis pars eſt iam maxima noſtrę
Pallida pręteriti ſpacium mors occupat ęui
Quod ſuper eſt expectat hians. iam plena meorum eſt
Terra cadaueribus. conſanguineoſq; ſepulchra
Vix capiunt: ſoli ſteriles ſeruamur in omne
Dedecus. ⁊ certe breuis eſt fęlicior ęui
Conditio: primo deus indulſiſſe parenti
Creditur: et fragili bene conſuluiſſe ſenectę
Quom vetuit primos iterum decerpere fructus
Et fruges guſtare quibus produceret annos.
Nam quid longa dies homini niſi longa dolorum

Colluuies:longi patientia carceris ętas
Longior:eſt curſus vitę labyrinthus:in ipſum
Ex vtero ingredimur per limina mortis abimus
Jam capulo inſtamus:nec adeſt:qui lumina claudat
Oſſaue componat tumulo tepidiſqꝫ ſepulchrum
Fletibus irroret:nobiſcum it tota ſub vmbras
Progenies:nec erit noſtris:qui marmora ſignet
Nominibus:deſerta domus tabeſcet:et iſtas
Longęui ſudoris opes.quas legimus ambo
Pluribus obſequijs heres ignotus habebit:
Nobiſcumqꝫ cadent noſtri monumenta laboris.
Cernite communes amborum numina curas:
Et ſeruate genus:cernant ſe in ſtirpe parentes.
Et ſua natorum videant in vultibus ora.
Sint qui nos facie referant geſtuqꝫ nepotes.
Progeniemqꝫ ſuam noſtro de nomine dicant
Sint qui nos proauos numerent et ſtemmata longo
Limite dedacant:iterataqꝫ nomina ponant
Pignora longęuę concedite numina matri.
Quę celebres ad veſtra ferant altaria cultus
Pinguibus et priſcum donis imitentur Abelem
Sępius a vobis hoc exoraſſe precando
Antiquas eſt fama nurus:et ſupplice voto
Collapſum genus atqꝫ domos ſeruaſſe cadentes
Sic alacer Sanſon ſic et formoſus Joſeph
Sic puer Jſacus ſatus eſt:et filius annę.
Qui primum liquido Regem perfudit oliuo.
Talibus orabat ſterilis:gemituqꝫ ſonoro
Crebra dabat longos inter ſuſpiria planctus
Audijt omnipotens:animumqꝫ in vota:preceſqꝫ
Flexit:et infuſo caluerunt viſcera fętu



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Cepit et humanos paulatim ſumere vultus
Semen. et in noſtram ſenſum tranſire figuram
Ut quom vere nouo tepefacta roſaria multę
Veſtit frondis honor primum dureſcit in orbem
Folliculus. barbęqꝫ comam producit acutę
Mox inflare ſinus tunicaſqꝫ implere virentes
Incipit. et concreta diu ſub cortice proles
Turget agens rimas tenues et vertice ſummo
Purpureas oſtendit opes: rubicundaqꝫ labra.
Poſtremo quom pulchra ſuos aurora colores
Explicat et vitreum glomerant noua gramina rorem
Panditur omne decus: valuiſqꝫ emiſſus apertis
Flos hiat: et lęto arridet venientibus ore.
Sic noua progenies vtero congeſta parentis
Emerſit non tota ſimul: ſed ſingula certo
Diſcreuit formans opifex deus ordine membra
Cor prius: ex illo quoniam deſcendit in artus
Vitalis calor a pleno ceu flumina fonte.
Illic prima domus vitę: poſtrema per illud
Diſcedens terris animus veſtigia ponit.
Tum ſuperum pater illius procul ire caducas
Iuſſit ab hoſpitio curas: habitacula dixit
Spiritibus dulcemqꝫ mihi ſeruate receſſum.
Mox cerebri concreta domus: quę plena pudicis
Creuit imaginibus caſtoqꝫ imbuta pudore
Os roſeum ſine labe dedit. fontiqꝫ decorem
Sidereum. et lętos formę cęleſtis honores
Ambroſiaqꝫ comas tinxit: mox libera pectus
Protulit. in teretes humeri fluxere lacertos
Ramoſaſqꝫ manus. quas hac pater imbuit arte
Ut ſolos fierent habiles pietatis ad vſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Hęc ſunt membra quibus diuinę mentis imago
Cernitur humanis animis impreſſa: quibuſq;
Omne opus ęthereo dignum tentamus olympo.
Inferiora magis pecudum ſeruare videntur
Naturam moreſq; feros tamen omnia ſemper
Officijs habuit ſanctis accommoda virgo.
Non tam multiplici diuorum munere non tot
Delicijs non tam grato pandora decore
Claruit aſcrei cantu celebrata poetę.
Sic ope cęleſti q̄uis humana negabat
Materni ſoboles inijt tentoria ventris
Omne quod excellens opus: et ſublime futurum
Difficiles ortus habet incrementaq; tarda.
Sic iunco nemus alcydę ſic tardior exit
Populeis abies ramis ſic abiete pinus
Segnior. et pino longe viuacior Ilex
Et robuſta larix igni impenetrabile lignum
Nam magis opprimitur partu natura potenti
Pluſq; opere impendit grandi ceu pondere preſſa
Plauſtra gemunt magis et magno ſub vomere taurus
Sudat. et obluctans vires labor haurit onuſtas.
Sic opus in longum differt finiq; reſiſtit
Aſt vbi naturę diuum ſuperaddita virtus
Adiuuat vt remis lembus fugit actus et aura
Sic leuis ad metam prono patet orbita curſu

SEd quia longęuam fecit diſcordia litem
Aſſimilemq; iugi loris: quę gordius olim
Nexuit atq; iouis phrygij ſuſpendit ad aram
Dędaleęq; domus errori paſiphago:
Conceptus ne ſacer fuerit: vel ſorde paterna
Illitus antiqui referam certaminis orſum:



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Et ſobolis noſtrę infęlix repetetur origo.
Quom pater humentes redigens in corpora glebas
Vitalem humanos auram ſpiraret in artus.
Ut noua progenies pugnam tuta iret in omnem
Ultra animi claras dotes ⁊ corporis arma.
Juſticiam cęleſte decus ſuperaddidit vnde
Et fati rigidas leges et funera poſſet
Vincere et ambroſia veſci ſummoqꝫ potiri
Aetheris hoſpicio ſuperumqꝫ aſſueſcere menſis.
Sed poſtq̄ꝫ veritas fruges et noxia mala
Vipereis decepta dolis admouit ad ora
Mox aſtrea domos hominem perteſa rediuit
In regnum ſublime patris. miratus olympi
Tam celerem reditum dominus quare inquit ad arces
Sidereas minata volas terramqꝫ relinquis?
Illa: pater: fallax hominem deluſit imago
Dixit et a tectis egreſſa rebellibus adſum
Tum genitor meditans reſecare piacula tantę
Fraudis: ait careant poſt hac cuſtodibus iſtis
Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.
Juſticia nudi diſcant ſudare: famemqꝫ
Et diuturna pati ieiunia: frigus: ⁊ imbres
Seruitium: et fati ſortem experiantur amaram
Vexati ſapient iocunda: et amabilis ęſtas
Poſt brumam et ianos ſteriles gelidoſqꝫ decembres
Dulcior eſt: quid ſint tranquillę commoda pacis
Ferrea bella docent: homini labor vtile ſemper
Calcar erit ſegni: pigros rubigine ſenſus
Ocia corrodunt: ſopitaqꝫ pectora torpor
Noxius obliquat: ferrum ſi tranſit in vſus
Aſſiduo ſplendore micat vultuqꝫ nitenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Audet ad argenti decus aſpirare ſuperbum
At ſi longa quies ierit fuſcatur ⁊ atram
Vertitur in ſcabiem: celeriqꝫ abſumitur ęuo.
Inter multa hominum fata infęlicia: damno
Non erit hoc minimo. tristē ſperata ſuperbuꝫ
Jam pręſens: amiſſa facit fortuna dolentem.
Hęc pater: ⁊ mortem mox implacabile monſtrum
Hactenus obuinctam textam adamante cathenis
Carcere diſcluſit cęcoqꝫ emiſit ab antro
Cui terris regna ampla dedit: pelagiqꝫ per vndas
Atqꝫ per aerios tractus: raroſqꝫ per ignes
Quos phębi germana ſinu complectitur amplo
Et quędam ſcythicis chalybum durata caminis
Tęla dedit: quędam lerneo infecta veneno
Nec ſatis hęc: aliud tęlum lętalius addit:
Nam gladij roſtrum: caudam trigonis aquoſi
Qua quondam magno fatum intentauit vlyſſi
Thelegonus: circes vſus fatalibus armis
Pręfixit iaculis ſtygiaqꝫ extinxit in vnda
Moxiecur exemit monſtro: pręcordia bilę
Ceralea infecit celereſqꝫ innexuit alas
Hęc fuga iuſticię noſtris mala cuncta diebus
Intulit: hęc abſens nobis monimenta reliquit.
Quę patres ab auis ⁊ nati a patribus omnes
In ſeriem mittunt per ſęcula longa nepotum
Hoc vitium prima veniens ab origine ſumpſit
Fomitis et duri nomen crudele tyranni
Nam ſcelerum accendit flammas ⁊ colla ſuperbis
Imperijs humana premit. cocytidas vndas
Lętheoſqꝫ amnes ſpargit ſtygiumqꝫ venenum
Nos ſuperum facit immemores: curaſqꝫ nocētes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Ingerit: his animos audacibus incitat auſis:
His phlegethonteas iras inſpirat olentem
Cyprigenam: fraudum matrem: cui cuncta veneni
Nota miniſteria ⁊ phębeę carmina circes
Semper habet comitem: primę hęc diſcrimina culpę
Propterea magnum dixere promethea vates
Dum ſtudet ęthereis furari e nubibus ignem
In noſtras traxiſſe domos morbumq́ȝ necemq́ȝ
His igitur ne membra malis obnoxia ſanctę
Parthenices eſſent iſta pater obſtitit arte.
Ante tener ſacra fętus q̄ȝ viueret aluo
Conceptus ne prima nouos exordia pullis
Induerent maculis mens ne ſincęra nitenſq́ȝ
Communem imbibet labem ne pigra liquore
Pectora lethęo fierent: quę lactea magno
Pabula ⁊ amplexus fuerant latura tonanti
Semine confuſas ſordes ⁊ virus inuſtum
Diſecuit fęlici anima mox imbuit artus.
Sunt tamen audentes contra ſentire: nec illos
Incuſamus habent quo ſe tueantur: ⁊ olim
Iſta hominum communis erat ſententia: verum
Jam ſenio exangui frigens ſua robora ſenſim
Perdit: ⁊ amiſſa iam maieſtate recedit
Sponte ſua: cędit q́ȝ nouo latonia phębo.
At quoniam ſacrę legis de fontibus hauſta
Creditur: ex omni nondum eſt exploſa theatro:
Judicio necdum ſancti damnata ſenatus:
Qui vaticani Romana palatia ſaxi
Et piſcoſa regunt ſulcantem cerula puppim.
Sed prior vt nobis ęquum ſentire videtur
Dignior eſt: et grata magis nato atq́ȝ parenti

Nam legi aſſurgens m a rię decus add it opuſq;
Materna dignum attribuit pietate tonanti.
Addeq; et multis fert adiumenta fidemq;
Roborat infirmã: nam nec veniſſe ſub aluum
Sorde laborantem tali ſublimia cęli
Numina nonnulli ingenio pręſtante putarunt
Relligio maior: pietas animoſior iſtam
Conſummata fides legumq; peritia fecit.
Altera verborum textum ⁊ faſtigia tantum
Summa videns abſtruſa dei myſteria neſcit.
Quod ſi ſiderei tanto ſplendoris honore
Fulget: vt ęterno qui temperat ordine mundum
Geſtarit gremio. lactauerit vbere. dulci
Strinxerit amplexu. ſummoq; vocarit olympo
Quare illam in noſtris opus eſt detrudere ſordes
Et turpi infeſtare luto. mortalibus ęquas
Cui pater ęthereas mentes ſubiecit ⁊ aſtra?
Scrutandum potius ſi quę pręconia iungas
Eius adinuentas per plurima ſęcula laudes
Nulli adeo viuax animi ſollertia nulli
Tam fęlix aderit florentis gloria linguę
Ut marię poſſit laudes ęquare loquendo.
Quę data ſunt illi nunq̃ mortalibus vllis
Antea conceſſit nec poſt concedet olympus
Quãuis creta ioui chorybantia cymbala pulſet
Feſtaq; tyrſifero celebrarit grecia patri
Quot miſeros pelagi nautas ſubtraxit ab vndis?
Cum iam pręcipites fluctus aquilonis ⁊ auſtri
Uiribus aduerſis cęlo ęquarentur: ⁊ ipſa
Tranſtra per effuſi certiſſima fata tuliſſent
Quo traiecta graui ſeruauit pectora telo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Pectora. poenias: quę non v aluere per artes
Reſtitui: nec opis noſtrę poſcentia quicq̃
Quotqꝫ etiam tetro ſqualentes carcere: fractis
Ocyus obijcibus manicisqꝫ reſoluit ahęnis!
Quot famis exhauſtos macie vix ęgra trahentes
Membra: datis cęlo dapibus miſerata reduxit
Robur in antiquum viresqꝫ refudit in artus!
Nec minus ingenti viciorum mole ſepultos
Infixosqꝫ luto ⁊ toto tellure iacentes
Corpore diuini luſtrauit numinis aura!
Propterea totum ſurgentia templa per orbem
Illius immenſam laudem regniqꝫ perennis
Perpetuos faſces ⁊ fine carentia iura
In noſtrumqꝫ genus ſummum teſtantur amorem
Ipſa eſt aduerſis commune in rebus aſylum
Ante preces etiam necdum obſecrata fauorem
Donat: ⁊ ad miſeros maternas explicat vlnas
Quid niuis ęſtiuę pluuias: quid męnia: dicam
Littore piceno impenſis communibus orbis
Condita ⁊ adriaco tranſuecta cubicula ponto!
Quid ue fluentinas ędes. delubraqꝫ donis
Aucta peregrinis referam: ſiculisqꝫ ſedentem
Littoribus drepani molem: quã maximus olim
Cęlicolum ⁊ legis cuſtos Albertus auitos
Aequauit patres: patriamqꝫ accępit olympo
Et cuſtodit ęternum pietatis honorem
Perpetuos igitur merito ſoluemus honores
Conceptusqꝫ die venient ad templa quotannis
Orgia ⁊ ęterno Marię primordia ritu
Annuus ardentes cultus reuocabit ad aras
Tum pius hibernum chyron titãna premebat

Cui comes in lucem nitidis argenteus alis
Ibat olor: phęboqꝫ ſuos cędebat honores:
Quom fęcunda ſibi conceptió ſemine mater
Diuinum illabi cępit ſentire fauorem
Etiam ſigniferum nouies luſtrauerat orbem
Lucida maturos ſoluens latonia partus
Conuenere nurus circumfuſę qꝫ iacenti
Mite puerperium matri: dextroqꝫ rogabant
Sidere vitales fętum prodire ſub auras
Lętior eoos proles hyperionis ardens
Alipedes iungebat equos: poſtremaqꝫ ſanctę
Erigones iam regna legens vicina coronę
Sidera ⁊ alcidem geminos qui interiacet angues
Ad ſuperos nigro ſecum reuocabat ab orco
Portitor helieus nitido cum gorgonis ore
Stellatę dux noctis erat cum piſtrice longo
Eridanus tractu claris lucebat in aſtris
Quom noua progenies fęlicibus ędita fatis
Phębeam primum lucem: mortaliaqꝫ ora
Vidit ⁊ humanę tranſmiſſo limine vitę
Decidit in patriam luctus regnumqꝫ laborum
Candida naſcentem mox vt videre puellam
Omnia iucundo fulſerunt ſidera cęlo
Arriſere poli ſummoqꝫ auditus ab axe
Concentus: proliqꝫ nouę pęana canorum
Argutumqꝫ melos diui cecinere: paternas
Velarunt aulea domos: pendebat in illis
Longa patrum series: primiqꝫ parentis origo
Et colubri dęluſa deluſa dolis ſtringebat eburna
Poma manu virgo gladio paranymphus: ⁊ igne
Exilio damnabat auos. adolebat ad aras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Pinguia ſacra puer flamma ſtridente: ſupinos
Tollebat vultus ⁊ numina ſancta colebat
Annoſiqꝫ ſenes ſtabant cum prole. columnas
Unam perpetui de marmore roboris vnam
Fictilibus muris plaſtes formabat: aquarum
Flammarumqꝫ minas contra quia nouerat olim
Uentura excidio terrę. neptunia regna
Uulcaniqꝫ graues ęſtus: puerile ſecutus
Obſequium ſenior: quernę ſub tegmine frondis
Deplorabat auum cęco: quem fixerat arcu
Et faber incudem feriens ⁊ follibus actis
Aera coquens: ferrum varios conflabat in vſus
Sola mari in toto ſuper alta cacumina puppis
Nabat ⁊ imbriferę paſcebant ęquora nubes
Uitiſatorqꝫ pater miti deluſus hiacho
Monſtrabat nudum pueris ridentibus inguen
Primus hic vndoſum ſulcauit nauibus ęquor
Quãuis prima ratis credatur Jaſonis argo
Primus hic effoſſa vitem ſupponere terra
Cepit ⁊ apricis mites de collibus vuas
Tollere: dircęo licet hęc ſit gloria baccho
Ardua terrigenę voluebant ſaxa gigantes
Conati molem ſuper is ęquare ſuperbam
Lanigeras abramus oues per littora paſcens
Sacra dabat ſaxoqꝫ gemens pudibunda ſecabat
Lętior adducta medi remeabat ab orbe
Cum conſorte puer: cęliqꝫ ex arce pluebat
Sulphur: ⁊ ętherijs ardebant ignibus vrbes
Biſſeni patres longa cum ſtirpe nepotum
Pabulaqꝫ ęgypto ſeruans pręſagus Joſeph
Frigida defuncti referebant oſſa parentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Regna nouis fugiens longe perterrita monſtris
Trans mare purpureum nyli ducebat ab oris
Dux animo vultuqȝ pius magno agmine longum
Uulgus ⁊ erecti dirimebant ęquora fluctus
Ipſe dabat ſacros ritus: arcamqȝ locabat
Legiferam. lateqȝ arabum deſerta peragrans
Juſqȝ ferens populo ſterili de marmore dulces
Eliciebat aquàs. optatos arida fontes
Abſorbebat humus: fugienſqȝ in gramina flumen
Ib at ⁊ obliquo lambebat ſaxa recurſu
Culmina pancheos tollebant ardua montes
Turiferiſqȝ iugis hęrentia nubila ſupra
Igne deus fumoqȝ latens in vertice ſummo
Scribebat legis duplici noua fędera ſaxo
Inuiſam ſuperis gentem ſemenqȝ ſuperbum
Concaua terribili tellus ſorbebat hiatu:
Clamabatqȝ ruens iam ſemiſepultus abiron
Impia ſublimes vitulos ſtatuamqȝ bicornem
Turba deum mentita manus tollebat ⁊ ora
Strennuus indigenas populos abigebat Jeſus
Parta ſuis ęquo permenſus limite regna
Inde ſena torum turbam regeſqȝ togatos:
Atqȝ ſacerdotum ſeriem: partoſqȝ triumphos:
Bellaqȝ ⁊ ętherio ſurgentia templa tonanti
Et docti Salomonis opes: Roboamqȝ ſuperbum
Palladia textor filis intexerat àrte.
Ezechię illuſtres morbos ſolemqȝ reuerſum
Et phętonteos verſis temonibus axes
Ferre ſuos retro curſus iterumqȝ relabi
Oſtentabat opus longęua in ſecula ductum
Hinc Eleazarus diuina volumina regi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Tradebat phario. ſenibus diſtincta magiſtris
Tecta voluptates varias. diuerſaqꝫ tempe
Multiplicesqꝫ auium plumas. ⁊ carmen habebant
Captiuam totiens gentem nunc ire tyrannis
Seruitum aſſyrijs: iuga nunc egiptia ferre
Clauſaqꝫ trans altos hominum tot millia montes
Et templi euerſas ſolimeqꝫ reſurgere moles
Pendula monſtrabant picto velamina textu
Quinqꝫ triumphales currus: ⁊ prelia fratrum
Diuiſum populi regnum poſtrema tenebat
Pars operis tanti: circum viuentia ſemper
Brachia tortilibus ramis fundebat achantus
Prima coronarunt redolentibus atria ſertis
Graminibuſqꝫ fores ⁊ limina ſumma virebant
Perqȝ vias famule ramos ſparſere comantes
Leta dies egit feſtos vicinia paſſim
Tota puellari reſonarunt compita cantu
Ornabat roſeo ridens cunabula vultu
Dulciaqȝ attollens in matrem lumina virgo
Quom traheret dulces lactanti a pectore ſuccos
Stringere complexu natam ferre oſcula fronti
Non erat auſa parens: nec enim mortalis. in illa
Humanus ve decor Sed erat celeſtis Imago:
Aethereaſqȝ vigor flammas ⁊ ſidera vincens
Mira ſupercilij grauitas ponduſqȝ venuſte
Frontis: ⁊ eximia fulgentes indole vultus
Suſpenſas hominum mentes atqȝ ora videntum
Per longas immota moras retinere ſolebant
Non infeſta fuit luctu non ebria ſomno
Sed vigilans riſuqȝ genas ornata modeſto
Nunc matri arridebat ouans nunc paruula tendens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Brachia vicino miſcebat dulcia patri
Murmura. dixiſſet ſtudio geſtire loquendi
Temporis innocui nondum diſceſſerat ętas
Plenaqꝫ iam docili formabat verba palato.
m Os erat antiquis longum ſeruatus in ęuum
Aede puellares annos includere ſacra.
Aetatemqꝫ deo teneram. primumqꝫ dicare
Uirgineę florem vitę: et generare pudoris
Ingenui curam: ſanctoſqꝫ inducere mores
Mox vbi veſtitum prima lanugine tempus
Uenerat in thalamos ibant hymenęaqꝫ tecta.
Coniunctęqꝫ viris proli indulgere ſolebant:
Propterea legum memores et moris auiti
Uenturi ſolymam trina cum prole parentes:
Deſeruere ſolum: galileaqꝫ nazareth arua
Floribus intextis et odoro gramine cinxit
Uirginis ora parens: ſtellatę lumina frontis
Herebant cęlo: teneroqꝫ in pectore clauſum
Flumen erat. niueo tunicę talaris amictu
Albebat humeri. quam circumtextus oliuę
Laureus ambibat torques ad colla per imas
In ſtrophium flexis palma ibat frondibus oras
Matris opus: moliqꝫ ſinus variauerat auro
Uentum erat ad magni templum ſublime tonantis:
Quo ducunt ter quinqꝫ gradus de marmore viuo
Et iam porrectis curuabat prona lacertis
Serua manus ſummum ad limen latura puellam
Quom mox virgineo conceptum pectore numen
Affuit. et retrahens promptę ſinuata miniſtrę
Brachia debilibus plantis. animoqꝫ vigorem
Addidit: et ſupra ętatem fiducia creuit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Protulit audaces ſublata cyclade paſſus
In ſublime volans virgo. turbamq; relinquens
Sicut vbi multę volitant ad littora puppes
Ocyus illa ſubit portum. quę mole minori
Labitur et melius velis et remige fertur
Vertice iam ſummo magni penes atria templi
Stabat vbi aſcenſu feſſos ſolata parentes
Riſit. et ęternum curuato poplite numen
Cum nuribus venerata pijs in clauſtra receſſit
Virgineę ſecreta domus fleuere parentes
Cognatęq; nurus gemitumq; dedere miniſtrę
Quando e conſpectu vultus abitura nitentes
Vertit. et induxit ſublatam in tecta ſacerdos.
t Res vna comites habitant Eros: Elpora. Piſtis
Sidereus fronti quibus eſt nitor: aurea primę
Veſtis et ardenti pictum face pectus et igne.
Aſt aliam cęli vultus imitata ſerenos
Lena tegit. quam corda manus in texta ſupinę
Tollentes ſparſim variant. Toga piſtios artus
Candida et argenti niueo ſplendore coruſcans:
Nocturneq; fugans vmbras caliginis ambit
Multa ſinus et colla virens ornabit iaſpis
Quę nigros abigit lemures vanumq; timorem
Prima patris ſummi ſtirps immortalis et ęuum
Non metuens. annis alię longaq; ſenecta
Interitum paſſurę olim quoq; cardine fixo
Par ſua ceſſabit veſtigia currere mundus
Parthenices iſtę venturę ad limina nymphę
Quattuor egregias ſecum duxere ſorores
Pulchram Metrioten: phrenandreamq; potentem
Viribus atq; graui lites componere doctam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Voce dicaſpoliam. memóriqȝ futura videntem
Mente prometheam ſummo genus ęthere miſſum
Alta panomphęi ſubeuntes tecta tonantis
Ad marię thalamos famulam miſere Siopen:
Quę pręgreſſa citos vt mouit ad hoſtia paſſus
Clauſaqȝ per tenues vigilare cubicula rimas
Vidit heras mutu vocat. ingreſſumqȝ miniſtrat
Iam nocturna quies operas manuumqȝ labores
Clauſerat et mollis per opaca cubilia ſomnus
Miſerat extinctis pallentes ignibus vmbras
Ipſa diem tepidę reparabat lumine teſtę
Primęuamqȝ patrum geneſim: mundiqȝ recentis
Et noua monſtriferę repetens miracula virgę
Noctis in occiduam prono iam vertice calpen
Inſomnes taciti ducebat temporis horas.
Oſcula poſt et prima datę iam verba ſalutis
Amplexuſqȝ pios genus antiquamqȝ ſuorum
Progeniem et ſtudijs quibus oblectentur et arte
Et varios mores diuerſaqȝ nomina gentis
Vt docuere ſuę noſtri vigilantius oris
Effigiem dixere alto ſub pectore ſerua
Nam quędam hoſtiles noſtris ſub vultibus vmbrę
Humanas ambire ſolent et fallere mentes.
Dumqȝ ita multiplices dant accipiuntqȝ loquelas
Clara per coos fluctus aurora rubebat:
Flammaqȝ ſurgebat niueis argentea bigis
Luciferi gelidos ſpargens in gramina rores
Et cupiens prolem dulceſqȝ reuiſere nidos
Garrula ſub lucem modulos iterabat hirundo

t Um pater omnipotens ita compellare coętuos
Aggreſſus comites: regni quibus vna poteſtas



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Quos rerum per cura tenet: nam omnia rebus
Plura tribus. tam eſt vna ſubeſt eſſentia ſimplex.
Numina quę ęterno mecum regnatis olympo
Et quibus vnus honos: eademqꝫ potentia mecum
Principio informem grandi quom corpore maſſam
Fecimus. et cęlum in latos ſinuauimus orbes
Scitis vt a nobis animos et lumina vertens
Inqꝫ ſuum conuerſa decus propriumqꝫ nitorem
Contemplata graui ſub pallida tartara caſu
Spirituum pars magna ruit quam ſulfuris ardor
Sub nigris ſpecubus tenet: ternumqꝫ tenebit
Necdum phębus erat nec claro lucifer ore
Ante diem ſurgens primo rutilabat ab ortu:
Nondum mane rubens pulchros aurora colores
Induerat: nec luna ſuos accenderat ignes
Cum modo facta cohors turpem meditata rapinam
Imperium noſtri ſperare audebat olympi.
Propterea immenſum ſcelus indelebilis error
Aeternum durat nec enim mutabilis illa eſt
Naturę ſortita genus: quo lapſa receſſit
Fixa manet: quod mente ſemel complexa recepit
Inconcuſſa tenet ſemper: nec amata relinquit.
At neqꝫ nos illi vota ad meliora fauemus
Tunc hominem. meminiſtis enim: qui flectere ſeſe
Poſſet et a nobis animo verti: atqꝫ reuerti
Condidimus magni quo damna rependere caſus
Fas foret et vacui complere ſedilia cęli
Et iam magna cohors hominum: quibus ętheris arcem
Annuimus męret longas perteſa latebras:
Exilijqꝫ rogat finem: ſed debita primo

Pęna vetat ſceleri: vocat hinc amor: inde reclamant
Juſticię leges: negat hęc petit ille fauorem
Judicium veros decet ⁊ clementia reges
Sed neqꝫ mortali poterit ſata ſanguine proles
Juſticię placare minas ⁊ ſoluere nodos
Adde: ꝙ a vanis terra eſt reuocanda deorum
Cultibus: atqꝫ deo iam ſeruitura triformi.
Non opus humanis tractandum viribus iſtud
Hoc opus eſt tantum noſtrę: qui condidit orbem
Liberet artificem: qui fundamenta locauit:
Inſtaurare domum decet ⁊ ſarcire ruinam.
Nate mei ſpeculum vultus ⁊ mentis imago
Ars mea nate precor terras iuuiſſe iacentes
Atqꝫ tuis onus hoc humeris hanc ſuſcipe curam
Illa puellares inter pulcherrima turbas:
Quę nobis totienſqꝫ manus totienſqꝫ ſupinam
Attollit frontem: ⁊ tota ſuſpiria nocte
Ingeminat vigilans terrenis libera curis
Orta tibi eſt: illam non aſpernabere matrem
Poſt vbi tempus erit lateri contermina noſtro
Fiet: et ingentes mundi tractabit habenas
Cernis vbi modico ſurgunt capitolia ſaxo
Templa iouis falſi: mediam qua diuidit vrbem
Thybris ⁊ etruſcos cum voluit in ęquora fontes
Illa tui ſedes regni cum pulſa deorum
Turba tibi veteres aras ⁊ templa relinquet:
Te lybies aſię qꝫ colent latiſſima regna:
Europę magis arua tamen: tibi Roma latinę
Gentis apex. phębumqꝫ videns hiſpana cadentem
Doris: ⁊ algentem regio: quę ſuſtinet arcton
Seruiet: atqꝫ nouo tellus luſtrabitur imbre.

Tunc tua cum ꝓpriis iungent inſignia reges:
Et crux aerias ſignabat purpura turres.
Me magis aſſyrię gentes: indiqꝫ arabeſqꝫ:
Atqꝫ paleſtinę populi nouere: ſed olim
Forſitan ⁊ noſtro lętabitur aphrica nexu:
Templaqꝫ ſpiritui ponet celeberrima ſancto:
Talibus omnipotens nato mandata ferebat
Nota ſalutiferę placuit ſententia proli.
Nam quia mens eadem tribus eſt: eademqꝫ volu
Semper idem ſentire omnis ⁊ amare neceſſe eſt.

e ſt locus ęmonię macedumqꝫ ꝓpinquior aruis
Orchomenum dixere tenet modo wandala pubes:
Illic perſpicuo vitrei ſub gurgite fontis
Ut perhibent olim dum dorica regna manebant
Tres charitas habuere domos dulcemqꝫ receſſum
Hę ſimul aſſumptis iuga: quę piplea colebant
Mnemoſynę natis primos liquere penates
Ornatęqꝫ comas hederis ⁊ virgine lauro
Aſſyrios petiere lares: iordanis ad amnem
Qui miſſus libano cyprium feſtinat in ęquor.
Ut venere vadis lauere nitentibus omnes
Quicquid labis erat: venerandaqꝫ limina ſanctę
Parthenices ingreſſa cohors ad mutua primum
Oſcula: ⁊ ad dulces mox ſe vertere loquelas
Et tandem dextriſqꝫ datis: ⁊ fędere facto
Perpetuas illi ſe iurauere ſodales
Et quocunqꝫ iret comites dixere futuras
Jamqꝫ vigil primam virgo pręceperat artem
Atqꝫ coloratas voces linguęqꝫ nitorem
Menſurę numeriqꝫ modos cęliqꝫ meatus
Et quas luna vias ⁊ quas obſeruat apollo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Et quos mercurius trahat ⁊ venus aurea gyros:
Et varias cęli vires ⁊ nomina norat
Nam dum plebs iudęa deo parebat olympi
Sciuit iter. pueris etiam fuit agnitus ęther
Aſſiduis veterum ſtudijs. oracula diuum
Peruigiliqȝ legens cura. moſemqȝ piumqȝ
Eſaiam. męſtiſqȝ virum: qui verſibus vrbem
Plorat ab ingenio curas a lumine ſom nos
Sedula pellebat: paruo ſua vota ſacello
Supplicibus palmis narrabat ⁊ ore ſupino
Ocia nulla die carpens nulla ocia nocte
Cura cibi: ſomniqȝ breuis. quę paſceret artus
Pauperibus menſis genium fraudabat ⁊ ora.
Et caſtigato tolerans ieiunia ventre
Carmina diſcebat. ſanctiqȝ poemata regis.
Qui tetricis olim fidibus cantabat ad aras
Sacraqȝ fatidico pſallebat ad orgia cantu.
Quicquid habent ſacrę diuina volumina legis
Quicquid ineſt arabum libris luſtrarat. et omnis
Graiorum annales. romanorumqȝ triumphos
Et quantum latij fudiſſent arma cruoris
Punica. quot bellis rubuit naualibus ęquor
Qui troiam petiere duces. quo milite perſas
Rex macedum parthoſqȝ truces ſuperarit ⁊ indos
Monſtra quot Alcides domuit. quo remige cretam
Dędalus ad gelidas fugiens annauerit arctos
Et quibus adiutus pennis equus aliger auras
Preſſerit ⁊ dulcem plantis excuſſerit vndam
Hippolyti caſtos ⁊ bellerophontis amores
Illuſtres helenę raptus ⁊ phyllidis ignes.
Biblidaqȝ inceſtam curas ⁊ vulnera thyſbes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Tarpeięqꝫ dolos ⁊ gratam phorcida glauco
·Pomaqꝫ cydippes orithyamqꝫ furenti
Sublatam borea clymenen ⁊ belides auſas
Lędę maritales thalamos implere piumqꝫ
·Pectus hypermeſtre: verſaſqꝫ in ſeua virorum
Funera lemniades: hellen cinyręqꝫ puellam
Tres quoqꝫ ſirenes ⁊ amazonas: ędipodęqꝫ
Fata domus norat nymphaſqꝫ heroides omnis
Quicquid in his tumidum. quicquid crudele procaxqꝫ
Et quęcunqꝫ p ios non atteſtantia mores
Offendit damnabat: apes imitata legendo.
Nunc lęnam pingebat acu nunc penſa trahebat
Serica ⁊ immiſſis per licia pendula filis.
Uela ſacerdotum ſacros texebat in vſus.
Terrenum nihil ore ſonans incluſa. latenſqꝫ
·Plena deo pectus. toti gratiſſima cęlo.
Non robuſta nimis teneros neqꝫ debilis artus
Incolumis morboqꝫ carens non mole ſepulti
Corporea ſenſus. crines caput ora ſinuſqꝫ
Brachia colla manus poſtremaqꝫ membra ligarat
Sollerti compage deus. promptiſſima menti
Ingenioqꝫ acies atqꝫ inſuperabile robur
Neruoſęqꝫ animo vires ſemperqꝫ voluntas
Juſticię rectiqꝫ memor moderamine certo
Diſcordes animę motus luxumqꝫ domabat.
Qualis purpureo radians carbunculus ore
Obſcuros inter lapides gemmaſqꝫ minores
Splendet harenoſo qua tingitur India gange.
Qualia ſilueſtres inter pineta miricas
Quę tollunt ſublime caput ramoſqꝫ comantes
Frondifer ęmonias vbi pelion aſpicit vrbes.

de forma marie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Vel qua parthaſij ſurgunt iuga ſumma licęi
Parthenice mea talis erat: iam grandior ęuo
Jam ſocianda viro lucinęqꝫ apta labori
Virgineos inter cętus comiteſqꝫ puellas
    Eſta dies aderat Solymi: qua diuite menſa
    Pinguia ſub viridi celebrant conuiuia fronde
Antiquę memores vitę: quom immite ſuperbi
Jmperium regis patres fugere per altos
Jncolumes fluctus arabum deſerta peragrans
Sub dio populus menſam ponebat et vmbras
Frondibus obductis texebat et arbore cęſa.
Poſteritas igitur caſus imitata parentum
Sub ramis cęnare ſolet cum ſeptima luna
Jmperat: et lampas claudit phębea coronam.
Tunc igitur ſolymas arces: charamqꝫ reuiſens
Progeniem mater ſic eſt affata puellam
Nata mea quondam Suauiſſima pondera ventri
Dulce patris ſummi donum mea ſumma voluptas
Poſtq̄ꝫ parua lares noſtros: et limina nota
Liquiſti. nunquam ne tuę te cura parentes
Vlla ne te patrię mouit pietatis imago?
Optaſti ne ſinus noſtros intrare: ſenemqꝫ
Cernere: quem longęua grauant iam membra parentem?
Debilitat vires: ſenſus obtundit. amorem
Diluit: et nobis affert obliuia tempus
Jpſe pater ſacra poſtq̄ꝫ te clauſimus ęde
Quotidie menſes digitis percurrit: et annos.
Hęc duo luſtra putat duo ſęcula: ſuſtinet ęgre
Tam longę tormenta morę: iam vidimus inquit
Aequęuas Marię thalamos intraſſe puellas.
Aſpice: quam firmo ſurgat iam ſtipite laurus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Natali defixa die: iam brachia baccis
Veſtit: et ingentem ramis iam porrigit vmbram
Sic ait. et caderet paucis in fata diebus
Ni te forte ſuos paruum poſt tempus ituram
Credit in amplexus. dudum tibi multa parauit
Xenia: tu noſtrę requies: tu ſola ſenectę
Gloria. tu feſſę producere tempora vitę:
Tu truncare potes: nec opum nos amplius ardor
Sollicitat: nec ſpes tangit reſolubilis ęui.
Sola places curaſq; leuas tu ſola ſeniles
Sicut in occidui magnes ad Sideris aſtrum
Vertit et arctoo nunquam diſcedit ab axe
Sic ſolet in natos amor inclinare parentes
Hoc natura iugum peperit: placidaq; ligauit
Compede non fertur ſuperos Vulcanus in orbes
Mole pari. non ſaxa ruunt ex aere tantis
Viribus. ipſe ſuos ſol deſeret ante meatus
Et fluere alterno ceſſabunt ęquora curſu
Quam te nata patris quam te mea cura relinquat.
Ut pario ſculpti durant in marmore vultus
Nec metuunt pluuias hyemes boreamq; niuoſum
Sic penetrans arcana animis precordia noſtris
Heret et in nobis ſemper tua viuit imago.
Sermonem tu luce paris tu ſomnia nocte.
Ah quotiens dum cura mihi eſt clamare miniſtram
In mea dulce tuum nomen ſeſe ingerit ora.
Ah quotiens feſta redeunt vbi gaudia luce
Lętaq; per pingues reſonant conuiuia menſas
Te memoro. votis omnes te ardentibus optant
Et quia ſolus abeſt tuus hic mea viſcera vultus
Vileſcit mihi quicquid adeſt. non excitat aures

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Tibia.non triſtem mulcent obſonia linguam
Ulla nec infirmos capiunt ſolacia ſenſus
Jucundum ſine te nihil eſt: et viuimus in te
Noſtra nec in nobis vita eſt. quę ſuſtinet artus
Aura tuos nobis animam ſenſumq̄ miniſtrat.
Et vitę ſumus vmbra tuę. pia cura parentum
Incipiat quando amborum ſic poſtulat ętas
Jam ſenio curuata graui te nata mouere.
Hęc tua delectę tam longa abſentia frontis
In quot me gemitus in quot ſuſpiria mittit
Unica tu ſoboles generis ſpes vnica noſtri
Debetur tibi tota domus: tibi ſeruiet vni
Et pecus: et cultę fęlicia iugera villę:
Sic noſtras partimur opes: pars optima templo
Altera ſors inopi ſeruit pars tercia nobis.
Tu quoſcunq̄ voles illas mutabis in vſus
Sit tamen et vita tecum: quę militet omni
Cura dei: qui nec falli nec fallere nouit.
Magna deo cura eſt hominum qui numina curant.
Ipſe maritales poſt primi exordia mundi
Inſtituit tędas: ęternaq̄ fędera Sancti
Connubij: quo poſt veterum defuncta parentum
Corpora ſint qui ſacra ferant: qui numina norint
Quiq̄ ad diuinos gignant noua pignora cultus:
Sic pietas ęterna manet renouataq̄ proles
Accipit a patribus doceat q̄ et ipſa nepotes
Duratura deus quędam ſemperq́ȝ futura
Condidit. hęc ex ſe gigni prolemq́ȝ creare
Nil opus eſt: nec ſol ſolem. nec ſidera ſidus
Seminat. aſt quędam fato ſubiecta: neciq́ȝ
Protulit: hac ſeſe generant: eademq́ȝ manere



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Cum nequeant in prole manent. Simulacra parentum
Sunt nati. penes hos opus eſt ſic cura nepotum
Sic proles ex prole fluit ceu lubricus annum
Annus agit: menſis de menſe renaſcitur: horam
Hora refert abiens: et ab arbore pullulat arbor.
Sic dauida pater tulit: Ezechiaſqꝫ manaſſem:
Sic eſromus Aram genuit Salmona naaſſon
Et quia maiores ętas tua venit ad annos
Nam tibi ni fallor bis ſeptima voluitur ęſtas
Propterea natoſqꝫ viro nobiſqꝫ nepotes:
Cultoreſqꝫ deo debes: ſatis ęde morata es
Nata redi: noſtręqꝫ libens ſuccurre ſenectę.
Vocibus his virgo in fletus prorupit: et ibant
Per roſeos vultus lachrymę: quas clara legebat
Admoto ſiccas oculos velamine mater.
Dedidicit fletum et preſſis ſingultibus orſa eſt
Chara parens tantum materni flumen amoris
Quod lachrymis. gemituqꝫ tumet: quod plenus acerbis
Significat curis et ſollicitudine ſermo
Quę non corda domet vel ferrea: lumina quę non
Miſerit in fletus: tepidoqꝫ impleuerit imbre?
Nec tua tanta parens pietas mea viſcera dudum
Stringit et accenſam mouet ad ſuſpiria mentem
Si ſineret: quo inclinat amor veſtigia ferre.
Nec tot opus lachrymis nec tot ſingultibus eſſet
Namqꝫ animus totis vota in tua viribus iret.
Nec fuit a teneris quicq̄ mihi dulcius annis
Quam curam gerere et votis parere parentum
Sed cęleſte meum tulit in contraria pectus
Numen. et impatiens ſtudijs ingentibus ardor
Sollicitat: cogorqꝫ nouo parere furori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

In noua cępta meos ſenſus imaſqꝫ medullas
Impulit ęthereus genitor: magis ardua nobis.
Et melior tentanda via eſt: deus ire per altum
Suadet iter: qꝑ ſi eſt vobis aliena voluntas
Curaqꝫ non eadem. veniam diuina ſequenti
Iuſſa date. et quo fert cęlum conuertite mentem
Me mea virginitas. impollutiqꝫ pudoris
Immortalis amor gratam fecere tonanti
Ille meo amplexu fruitur. ſemperqꝫ virentis
Flore pudicicię: Thalamum fortaſſe ſubire.
Atqꝫ maritales potero coniungere tędas
Non poterit maculare meum venus vlla cubile.
Virgineumqꝫ decus: cuſtodiet ipſe pudorem.
Qui dedit hęc mihi vota pater. caſtiqꝫ nitorem
Corporis: et mentem nullum mihi polluet ęuum
Hęc eadem ſanctos mouit ſententia vates
Et magnos habet auctores: temeraria forſan
Diceret: et proprię male conſuluiſſe ſaluti
Auſa per ignotos calles ſi prima fuiſſem
Vadere et ambiguis ſola in me credere ventis.
Rumpereqꝫ audaci nondum vada cognita greſſu.
Clara per hos magnus liquet veſtigia calles
Elias eliadeſqꝫ viri gratiſſima cęlo
Progenies viſura ſuo de ſemine diuos
Sic ſtat et immotum tenet hęc ſententia pectus
Tu genitrix patiare oro et ſolare parentem
Longęuum. curę ſeſe ſciat eſſe tonanti.
Ipſe aderit. ſenioqꝫ graues ſolabitur annos
Sic virgo. et mater lachrymantem amplexa receſſit
H Ic marię natale ſolum ſedemqꝫ paternam
Et genus antiquum paucis memorate puellę

Caſtalides: etenim memori vos omnia mente
Tempora. vos terrę tractus: pelagiqꝫ tenetis
Et vos parthenice comites famulęqꝫ fuiſtis.
Eſt arabes inter cadmeaqꝫ ſidonis arua
Palmiferamqꝫ pharon lybicis: quę iungitur oris
Et mare quod lato fęcundam gurgite cyprum
Alluit: aſſyrij pars non ignobilis agri
Terra ferax belloqꝫ potens atqꝫ inclyta cultu
Unius iudęa dei: clara oppida claras
Suſcipit apricis poſitas in collibus vrbes.
Aſcalon hic. et gaza potens ęraria quondam
Perſidis antiquę: magna ſedet ędita mole
Fulta ſupercilio pręruptiqꝫ aggere montis
Hic vetus andromadę vinclis inſignis ioppe
Antiqua prior illuuie: ſummo ardua colle
Regia tecta ſion: et pulchram ſuſtinet arcem
Imperij caput. et ſolymi moderamina regni
Illic ſolemnes aras dauitica proles:
Altaqꝫ candenti poſuit de marmore templa
Illuc ex omni turbę regione ſolebant
Dona deo et primę frugis portare maniplos
Illic triticeę cereris domus inclyta chriſto
Conſcia naſcenti montanaqꝫ nazareth: ambę
Illuſtrem tenuere locum. genus iſta paternum
Altera maternum marię dedit. iſta tonantis
Conceptu fęlix: ortu fęlicior illa
De patria ſatis hęc. poſt hac de ſanguine dicam
Iſmerię ſoror anna fuit. regalis origo
Et ſoboles magni veniens dauidis ab alto
Sanguine: zacharię coniunx ſata ſemine primo
Tres triplici partu marias: tribus anna maritis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Progenuit ſanctum et ſummo genus ęthere dignum
Prima deo ſacros partus dedit altera natos
Quattuor alphęo iudam ſimona iacobum
Et qui iuſticię clarum cognomen habebat
Tercia de natis tibi quos zebedeę duobus
Reddidit ad calpen vnum tranſmiſit et vnus
Si populi pręſtanda fides rumoribus vlla eſt
Viuus Amazonijs epheſi ſepelitur in agris
Sicqȝ duos inter ſtuduit concludere natos
Regnantem latio chriſtum Romęqȝ tenentem
Imperium: leuam tellus aſiatica dextram
Gens hiſpana tenet: regnum inter vtramqȝ latinum

¶ Parthenice Liber ſecundus.

Nxia reſponſo genitrix intacta redibat
a Multa mouens animo: nec enim ſententia natę
Viſa ſatis legi. priſciſqȝ accommoda patrum
Ritibus: in vacuos etenim partuqȝ carentes
Experteſqȝ thoros ſobolis ſuperoſqȝ deumqȝ
Iraſci tunc fama fuit. dirumqȝ minari
Supplicium in ſteriles vteros. multo ante maritum
Non aliam ob cauſam paſſum conuitia norat
Summo tumqȝ procul templa. ſpectantibus ipſis
Ciuibus et triſtem caſum miſerantibus vltro
Namqȝ vir ardentes votum poſiturus ad aras
Ante habitam prolem: dum ſe in ſecreta tuliſſet
Templa: ſacerdotum ſtrepitu diſcedere ſacro
Ex adyto iuſſus fuerat: turpemqȝ repulſam
Paſſus: et hoc patriam fugiens ob dedecus vrbem
Rus coluit pluresqȝ latens inglorius annos



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Dixerat in luctu triſtem ſine coniuge vitam
Sicut vbi amiſſo thalami conſorte per agros
Sola volat tutur nitidis neqꝫ potat in vndis
Ne comitis priſci triſtetur imagine viſa:
Nec viridi poſt hac fertur conſidere trunco
Sed miſeram diuina ſenis clementia ſortem
Proſpiciens. anuęqꝫ preces et dona gementis
Miſit olympiaca celerem de ſede miniſtrum
Qui dedit hęc mandata viro: tua tecta reuiſe
Conſortem ſolare ęgram męſtoſqꝫ penates
Anna tibi lętos partus: prolemqꝫ datura eſt
Fęmineam. magno ſanctę dabis omine natę
Fatidicum ductumqꝫ maris de ſidere nomen
Et mariam dices. annę mandata miniſter
Attuli hęc eadem. mirantiqꝫ inſuper addit
Hos monitus. limen notę pete concita portę
Qua tibi rus itur. ſacris hic mane peractis
Obuius occurret coniunx: greſſu illa citato
Venit ad vrbanę: quę dicitur aurea portę
Limen: et offendit redeuntem rure maritum
Illic ſuſcepti hoſpicio communis amici
Amplexu. longiſqꝫ vna ſermonibus illam
Conſumpſere diem: et certi de prole futura
Mane ſuos petiere lares. gauiſa reuerſum
Tota domus largo dominum ſuſcepit honore.
Hęc igitur męſto voluens ſub pectore mater
Aegra fatigabat tacitis pręcordia curis:
Et gradiens tali ſecum ſermone locuta eſt.

o Curę: o vani pro poſteritate labores:
O dolor o pietas infortunata parentum
O ſtudium infęlix: vbi res et tempus: et ipſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Viſcera: ⁊ exhauſtas in ſollicitudine mentes
Triuimus: vt canis cap ut aſperſere dolores
Linquimur: immemores demens incuria natos
Separat a nobis. meritorum oblita propago
Non ęquat curas: ⁊ non reſpondet amori.
Sed quid te fruſtra miſeram coquis anna: quod ipſi
Fecimus: hoc patimur: patres vt amauimus: ipſi
Sic noſtrum nos ſemen amat: texamur eodem
Judicio. ſic fata ferunt: ſuſpiria perdis
Iſte modus rerum mundi productus ab ortu
Tranſmeat ad gentem per ſęcula noſtra futuram.
Singultire potes: turgentia lumina fletu
Exhaurire licet: ſed ferrea fata mouere
Non potes: aerei pellant ſine carbaſa venti:
Quod dederit fortuna libens amplectere littus
Forſitan vtilius q̃ tu tibi conſulet aura
Conqueſtum dauida diu. pueroqꝫ iacenti
Produci petiiſſe dies auertere mortem
Non valuiſſe ferunt: audit deus omnia: pręſtat
Optima. mortales audent orare: quod optant
Opprime ſuccenſum ſtudiis melioribus ignem
Nec ſine ſupremas animi dolor occupet arces.
Talibus vt fama eſt curis dementia quoſdam
Cepit: ⁊ in ſaltus atqꝫ in deſerta ferarum
Luſtra tulit. pater aiacem narrare ſolebat
Inſanum mactaſſe pecus dum quereret hoſtem
Et furias idem memini recitabat oreſtis:
Quem comes ad ſcythicę vexit delubra dianę
Magna quidem credo quotiens pugnatur in agris
Aduerſeqꝫ volant acies in prelia ſurgit
Tempeſtas: ſed mens etiam cum nocte dieqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Sollicitis agitur ſtimulis in pectore magnos
Extollunt ſtrepitus ⁊ grandi corda pauore
Concutit: ⁊ recte tetrici dixere parentes
Quattuor aduerſis miſcentur: vt ęquora ventis
Eoo zephyro libyco gelidoqꝫ aquilone
Sic totidem noſtras ingenti turbine mentes
Subuerti furijs pectuſqꝫ in prelia mitti.
Spes leuat arrectus metus alto a vertice fluctus
Deijcit: hinc animum pulſat furibunda voluptas
Inde dolor fluctus ceu fracti fluctibus altum
Clamorem ingeminat: piceis abſcondita nymbis
Nec radios fundit ratio nec vera gubernat
Fęlices quicunqꝫ iſtis a ſyrtibus altam
Viſuri pacem loca ſunt in tuta recepti
Nam neqꝫ mens vllam ſecus eſt habitura quietem
Nec lętos ſenſura dies nec dulcia ſęcla
Propterea quid te miſeram coquis anna: dolores:
Et triſtem dediſce metum: natura repugnat
Moribus his monſtrare vię compendia poſſunt
Languentes: gelidiqꝫ ſenes: ac ſcandere montem
Sole ſab ardenti viridis male ſuſtinet ętas.
De virtute loqui minimum. virtutibus vti
Hoc ſanſonis opus: tamen aſſuetudine longa
Aſſiduiqꝫ operis tractu formatur ⁊ in ſe
Virtutem natura trahit: preludia multa
Egregias artes pariunt. in pace: togaqꝫ
Bella diu miles diſcit: mox obuiat hoſti
Impiger: ⁊ firmum parat ad certamina pectus.
Sepius a placitis mens eſt arcenda diuqꝫ
Seruitio duranda graui: nam prona ſequaxqꝫ
In peiora ruit niſi lora retraxerit vſus

Aſt vbi iam legis patiens aſſuetaqꝫ vinclis
Seſſori parere poteſt quo iuſſerit ibit
Tunc vbi tempus erit caſu cum triſtis acerbo
Sors aderit: fert ęquales rationis habenas.
Ante negat velut indomita ceruice iuuencus
Aut velocis equi ſoboles animoſa priuſquā
Impoſito ſcierit greſſum glomerare magiſtro
Ars vbi poſſeſſam mentem complexa ſubegit
Quo virtus quo ſancta vocant oracula vertet
Nam neqꝫ tunc labor eſt duros tolerare labores.
Quid ſi nata virum refugit: ſi nulla nepotum
Poſteritas: quid noſtra iuuant poſt fata nepotes:
Juſticiam coluiſſe ſat eſt. nullius egebis
Subſidio: defuncta pios ſi vixeris annos
Sępius innatis ſeuum patet educat hoſtem
Cunqꝫ ſuo ignorans interfectore locatur
Sępe ſibi lachrymas ſperant: dum grandia matres
Atqꝫ ſuę paſcunt ventura opprobria genti
Propterea vanos hominum noua fabula mores
Exprimit: hoc pelagus galilęa quod alluit arua
Extimuiſſe ferunt: olim cum vidit in orbes
Nubila conuolui. volitare per aera montes
Credidit. at poſtq̄ꝫ largus de nubibus imber
Depluit vnde prius damnum. interitumqꝫ timebat
Incrementa tulit. fuſa procul ęquoris vnda
Fallitur in dubijs hominum ſollertia rebus.
Corda: nec euentus capiunt humana futuros
Id quoqꝫ non nunq̄ꝫ mentes ſolatur amaras
Quod durare nihil patitur fortuna. viceſqꝫ
Mobilis alternat. ventoqꝫ ſimillima proram
Nunc premit. a puppi placida modo murmurat aura

Forſan ꝛ hos luctus minus importuna ſequentur
Tempora fęlices iterum deus afferet annos
Talia voluenti parue iam Nazareth arces
Apparent nigro rutilans ſurgebat ab ortu.
Veſper ꝛ ingenti phębum demiſerat vmbra
Carmeli ſublimis apex. in męnia mater
Nazareth. ꝛ feſſis intrat ſua limina plantis.
Ut pater accępit charę noua nuncia natę
In męrore diu iacuit. curiſqꝫ ſepultus
Impexi capitis ca nos ſqualere ſitumqꝫ
Ducere: ꝛ a mento triſtem concreſcere barbam
Suſtinuit nec em̄ potuit cohibere querelas
Parcere nec lachrymis nec diſſimulare dolorem.
Crebra diu' męſtum traxit ſuſpiria pectus.
Et iacuit ſeu truncus iners. ꝛ inutilis arbor
Frondibus amiſſis ſine terrę fertilis imbre
r Es tandem prolata palam peruenit ad ipſas
Sacrorum ꝛ templi doctas antiſtitis aures.
Quem penes arbitrium nodos aperire latentes
Iuris ꝛ obſcuros legum diſſoluere ca ſus
Ipſius imperijs altam conſcendit in arcem
Concilium. vener e ſenes ęnigmata legum
Rimari ſoliti ꝛ dubijs reſponſa parati
Reddere iamqꝫ vltro multum. citroqꝫ locuti
Cum certi nihil afferrent. iamqꝫ humida noctis
Tempora ſuaderent ſacros dimittere patres
Quęrendum quęſit cęli ſententia tandem
Communi ſanxere prece. ꝛ ſolemnia templo
Sacra dari ꝛ dubijs orari numina rebus.
Atqꝫ ita ſedato res eſt certamine viſa
Iudice digna deo. quando eſt nō reddere magnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Uota nefas: violare piam res impia legem:
Interea ſumptis diuorum nuncius alis
Parthenicen adiens placidis ita vocibus infit
Nympha puellarum celo gratiſſima ſalue:
Cuius apud ſuperos iampridem cognita virtus
Floret ⁊ in noſtros creſcit ventura penates
Ne trepidus: tua vota pater firmauit: ⁊ auxit
Nulla tuum ven us eſt vnq̄ viſura cubile:
Uirginitas ęterna tibi conceſſa volente
Conceſſu toto ſuper um. tibi gloria veſtę
Et triuię debetur honos: inuicta ſequentur
Uirginei tua ſigna chori: quos more dianę
Nunc pede nunc iaculo nunc exercebis ⁊ arcu:
Urſula virgineę dux ⁊ regina cohortis
Hoc explebit opus tandemqꝫ in ſidera magnum
Agmen aget celebrem referens ex orbe triumphum
Tethios occiduę populi littuſqꝫ britannum
Et gelidi faciles pugnas gens accola rheni
Dulciaqꝫ arrecta cernent ſpectacula vultu:
Laus igitur te magna manet: rude vulgus ⁊ ipſos
Iura ſacerdotes non intellecta fatigant
Et deus ingratas a tra calligine mentes
Tardat: ⁊ in pęnam ſcelerum deludit inani
Corda metu: rident ſuperi ceu grandior ęuo
Securuſqꝫ animi iuuenis ſi pectora quando
Infantum obſcurę trepidant formidine noctis
Ipſe adero: nam veni huius certaminis ergo
Lex ea: quę fieri matres ⁊ nubere cogit
Lata eſt: cum pauper veniens ad templa ſenatus
Paruaqꝫ plebs humiles ſacrum ponebat ad aras
Poſtq̄ magna virum creuit fortuna tribuſqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Vix duodena solo capitur. ſeruare pudorem
Et thalamum neſcire fuit preſtantius. ergo
Eliadas erraſſe putant: iam ſecula poſtq̃
Expertes veneris degunt biſquina propinquant.
Hi populis exemplar erant ne crederet vllus
Eſſe nefas ſincerum eſſe ⁊ dediſcere tędas
Tu tamen es tradenda viro: qui frigidus annis
Atq̃ tui conſors voti cuſtoſq̃ pudoris
Non inuaſor erit: tacita nos arte monemus
Corda hominum: non tot fingunt ſe prothea quondam
Immutaſſe modis: nec tot variaſſe figuras
Quot formis animos hominum mutamus: aguntur
Quo minime credunt: ſed nos in ſancta vocamus
Officia: aſt alij tardant retinentq̃ vocatos
Ut quando in leui ſtat ferrea lamina diſco
Si dextra magneta loces adamanta ſiniſtra:
Quo veniat neſcit dubitatq̃ vtrinq̃ vocata
Cui faueat cuius magis hortamenta ſequatur
Tu voti ſecura omnem mihi deſere curam
Ibo ⁊ peruigili tractanda remetiar arte.
Vix ea finierat cum fracta nube ſolutum
Corpus: ⁊ in ventos aſſumpta receſſit imago
Tempora velatę tenſis ad ſidera palmis
Conuenere nurus pueri trepideq̃ puellę
Rugoſiq̃ ſenes tremulo pia murmura mento
Voluere certabant ſuperoſq̃ mouere precando
Canicie oſtenſa diuis ⁊ vertice nudo
Et tremulis circum lucentes ignibus aras
Sancta ſacerdotes: albaq̃ in veſte miniſtri
Carmina ⁊ inſigni celebrabãt orgia ritu
Tercia lux aderat poſtq̃ vulgato per omnem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Concilij concordis erat ſententia turbam.
Jam labor orantes ⁊ diffidentia tardos
Reddiderant: ſegni frigebant pectora motu.
Tum diuina p̃ces mens quę non deſpicit ęquas
Ad ſummum ſecreta dedit reſponſa choragum
Sacrorum: tenues fugit leuis ille per auras
Ingreſſuſqꝫ Senis nocturna cubicula ſomnos
Abſtulit: ⁊ tali eſt aggreſſus voce pauentem
Sumere thraicia virgas de fronde tribules
Quemqꝫ ſuam: et ferri ſumptas in templa iubeto.
Mane reuertantur: cuius frondere cacumen
Videris: illius domino coniunge puellam
Hęc ait: ⁊ motis abiens euanuit alis.
Mane ſenex ſol ante iubar q̃ tolleret vndis
Conuocat exemplo patres miſſoqꝫ per vrbis
Compita: perqꝫ domos populum precone coegit.
Confluxere omnes: campo plębs denſa parenti
Vix capitur: ſurdum ſpacioſa per atria murmur
Confuſumqꝫ ornat. pede pes. ⁊ pectore pectus
Virqꝫ viro p̃mitur. ceu quom collecta theatro
Stabat roma graues ſimul auditura tragędos
Conuentu ſenior patrum ſtipante ſacerdos
Exijt ⁊ tandem populo diuina ſilenti
Juſſa aperit didicitqꝫ tribum. iuſſitqꝫ ſolutos
Connubio acciri: virgiſqꝫ in templa relatis
Vota p̃ceſqꝫ iterant. magicis componere quidam
Philtra veneficijs. circeaqꝫ carmina ⁊ herbis
Phaſidibus voluere nouas inducere frondes.
Horum vnus vetitas artes edoctus: vt almum
Intempeſta diem tacitis nox abſtulit vmbris
Solus in aerię turris faſtigia ſecum.

Arma togaſqȝ ferens ſacrauit manibus aram
Sub dio: teſtis nemo niſi ventus ⁊ aſtra:
Nocturnaſqȝ preces iterans pſcire volebat
Parthenices ne ſibi thalamum ſperare liceret
Ecce per aerios tractus magno agmine ab arcto
Spiritus obſcuris ad turrim annauigat alis
Qualis vbi veniens ad fȩda cadauera vultur
Brachia precipiti iactat plumoſa volatu
Atqȝ gradum ſiſtens nigro ſic incipit ore
Fare: quid infernas nocturnis cantibus aures
Sollicitas: quȩſita dari reſponſa vetantur.
Aetherię prohibent animę. numenqȝ triforme.
Altius abſtruſum latet hac in virgine quiddam
Quod dici ſciriqȝ nefas: ſententia noſtros
Circumfert anceps animos. ſortiſqȝ futurę
Ambigui caſus multaqȝ ambage latentes
Sicut cum modo ſol nubes modo nubila ſolem
Exuperant nunc lętatur nunc mȩret arator.
Spemqȝ metumqȝ inter dubius. ne diſcere tenta
Quȩ quoqȝ doctorem fugiūt. cōmunia quędam
Fabimur: addentes quę nec didiciſſe pigebit
Ne fruſtra videare deos in vota vocaſſe.
Quandoquidem te nō minimo dignamur amore
Nos inſpectores ſcelerum ſumus orbe futuri
Vltores alio. ſequi ſunt vincla dracones
Tartarus eſt carcer. ſunt verbera. frigus ⁊ ignes.
Lux incerta diem ſpargit per nigra malignam
Tecta: ſonāt late planctus plebem ordine terno
Diuidimus. primo purgati crimine circo
Pęnarum expertes degunt. ea tecta vetuſtas
Elyſium vocat: hac vates ⁊ longa parentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Progenies demptis habitant ſtatione duobus
Hi partus ſpectare nouos dicuntur et arcem
Aetheream ſibi promittunt: finemq; propinquum
Exilij muſſant: apud hos de virgine quadam
Plurimus: et multa tectus caligine ſermo.
Vertitur. hic nec adhuc faciem videre tremendam
Regis olympiaci. Sola hęc et maxima pęna eſt
Sedibus his quoſdam venturo numina ſęclo
Sufficient. hos a nobis nulla auferet ętas
Alter habet ſontes animas. quibus igneus ardor
Eximit infectum ſcelus et telluris odorem.
Hę niſi ſolentur pax expectata quieſq;
Vix tormenta ferant. tanto locus ęſtuat igne.
Tercius infęlix hominum genus orbis in amplo
Carcere conuoluit. magis hęc diſcedit ab aſtris
Introrſumq; fugit regio. penetralia noſtri
Principis hic. altis animę fornacibus ardent
Spe viduę. nullamq; audent ſperare quietem
Juppiter huc multas: multas huc mittit apollo
Mercurius multas. nec non ſaturnus et auctor
Bellorum. phębe innumeras: et nata diones
Pellitur huc quicquid cęlum faſtidit: et hirquis
Deſpiciunt ſuperi obliquis: ſors vltima rerum hic
Nos vero: quotiens animas magus euocat orco
Illarum aſſumpta mentimur imagine vultus
Carminibus folijs auibus fumoq; ligati
Dicimur: et circunductis in puluere ſignis
Sed veluti plęriſq; alijs ita fallitur iſto
Mens hominum: veniunt vltro noſtraq; ſalute
Sollicititi manes vobis ventura loquuntur
Dixit: et alato diſceſſit in aera tergo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Perculſum trepida iuuẽtem formidine ſortis
Penituit. ſecumq; putans audita ſeueros
Carmeli patres adijt. tunc omnis eremi:
Cura fuit penes hos. et cęlibis ocia vitę:
Moribus auxilium fractis habiturus: vt altam
Se tulit in montis requiem: ſiluaſq; ſilentes
Per ſecreta tulit greſſum ſpelea: virumq;
Viuendi cęleſte genus miratus. amorem
Imbibit immenſum cęli. ſeq; ipſe p̄roſus
Incola carmeli vixit. tandemq; voluto
Tempore cum magno fidei myſteria paulo
Edidicit. marię primus cum patribus ędem
Vertice carmeli poſuit: ſocioſq; vocatos
Ad iordanis aquam luſtralibus abluit vndis
Cum baptiſta nouę iaceret primordia gentis
Hiſpidus hirſutę villoſo tegmine caprę
Protographus lucas agabum vocat. omnia multo
Ante videns animo fuit interpręſq; futuri
Namq; catenarum nodos et ferrea paulo
Vincula prędixit. longoſq; per ęquora curſus
Vipereos morſus. ſimoniacoſq; volatus
Inſidiaſq; ſuę gentis: bellumq; ſub ipſo
Et celebrem palmam venturaq; fata nerone
SEd deus elatas ſtudium cui fallere mentes
Frigentem et caſto ſolitum ſeruire pudori
Elegit de plebe virum: cui cana ſenectus
Cui caua ſulcantes criſpabant tempora rugę
Mane reuertuntur ſcrutatiq; ordine virgas
Ut videre ſenis ſummum frondere cacumen
Illud thraicię de phylidis arbore tractum
Vimen erat longęq; nuces in fronde virebant.

Inuidit. ceciditq; animis fraudata iuuentus
Ut quando in ſomnis aurum ſe credit auarus
Inueniſſe dolos meditans exultat inani
Leticia. mox euigilans ſua ſomnia meſtus
Voluit. et in triſtes abeunt noua gaudia curas
Ducitur in medium ſenior. plauſuq; ſonoro
Suſceptus iuſſuſq; gradu diſcumbere ſummo
Obſtupuit. nec enim ſenio iam fractus ioſeph
Ad tam inſperatos animum tollebat honores
Venerat edicto cupidus parere relictam
Mens vel ad incudem vel ad aerea ſigna vocabat.
Et tanta hec fieri de ſe ſpectacula nunquam
Crediderat. iuuenes poſt tam manifeſta repulſam
Omnia perpeſſi demiſſis frontibus ibant
Et rerum ignaris tam florida virginis ora
Non bene coniungi gelide turpiq; ſenecte
Murmur erat. tamen et virge noua ſigna virentis
Meſta per ancipites ducebant pectora curas
Diſceſſere loco: virgiſq; abiere relictis
Interea matrum longa comitante caterua
Adduxere nurus inſignem in templa puellam
Cuius ad aſpectum (quanquam tranſcenderet ore
Omne decus mortale) tamen ſuperata libido
Omnis: et extincto ſemper venus igne quieuit
Acſi feruentem gelidos in dorida rores
Palladioſq; ſuper calcem diffuderis imbres
Ardua quadruplici ſurgebant ordine templa
Porticuum communis erat pars extima cunctis
Femineis etiam turbis: quas menſtruus humor
Liquerat: ingrediens igitur diffuſa ſecundo eſt

Tota cohors circo: miti ſacra pronuba nuptę
It comes. accedit iuncto vir auſpice longum
Agmen agens: mediam volitans hymnęus in ędem
Iungite clamauit fęlici ſidere dextras.
Sanctaqȝ longęuę connectite fędera vitę
Iamqȝ pio coniuncta ſeni. celebrataqȝ longa
Feſta die: dictę laudes et reddita ſummo
Vota patri: lętiqȝ omnes in tecta reuerſi.
Lętior aduentu natę generoqȝ ſedebat
Canitie compta nitido velatus amictu
Inter vtrumqȝ parens. manibuſqȝ vtrinqȝ tenebat
Complexus generum dextra natamqȝ ſiniſtra
Multaqȝ connubio ſuper atqȝ recentibus actis
Commemorans toti grates ſoluebat olympo
Interdumqȝ iocans: et debilis immemor ęui
Iucundos mouet ore ſales. riſuqȝ modeſto
Soluitur: et vires animo prębente miniſtris
Inſtat: et appoſitis ſterni cęnacula menſis
Ornariqȝ iubet thalamos. et limina multa
Fronde coronari: ſpargiqȝ per omnia flores
Atria purpureos. hederis veſtire columnas
Virgineaſqȝ fores lauro folijſqȝ mineruę
Cedrinas velare trabes: ſpargiqȝ recentes
Sub pedibus violas: et hiantia lilia ſummo
Vertice quę in tales mater nutriuerat vſus
Serpelliqȝ comas ſemperqȝ virentis in orbem
Texebant nymphę: filoqȝ in ſerta ligabant
Gramen odoriferum: caſias exciſaqȝ cultris
Balſama marmoreis nardi fragrantis ariſtas
Cinnamaqȝ et crines ſuaue ſpirantis amomi
Teqȝ amaranthe locant te mollis amarace: et horti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Quicquid alunt cilices.quicquid panchata quicquid
Jd alij ſaltus redolet domus.omnia plauſu
Leticiaqꝫ ſonant.hilaris laboꝛ omnia miſcet.
Dumqꝫ ita feruet opus ſponſi deus oꝛa ſopoꝛe
Pꝛeſſit.⁊ irati ſub imagine nuncius oꝛis
Viſus adeſſe ſeni: vultu qui ſancta ſeuero
Hęc mandata dedit : teneros tibi iungimus annos
Non ſeram vt fruſtra in venerem tua languida virtus
Ardeat.amplexus gremiumqꝫ in virginis huius
Jre caue: iuſſumqꝫ dei ne ſperne mouentis.
Paruit.⁊ memoꝛi ſeruauit ſomnia mente:
Atqꝫ cupidineos ſenſit non amplius ignes.
Jamqꝫ dapes ⁊ vina ferunt paterasqꝫ coꝛonant.
Diſcumbunt hilares circum longo oꝛdine menſas:
Et fęcunda animis celebꝛant conuiuia letis
Poſtq̃ pꝛeſſa fames: ⁊ pectoꝛa mitis hiacchus
Leniuit curas abigens. frontiſqꝫ ſeuerę
Triſte ſupercilium: cithara p̃ludere eburna
Cępit ⁊ argutas aptare in carmine voces
Lydius.hic tactis ęquabat ariona neruis
Oꝛpheaqꝫ ⁊ clarum dircęa amphiona plectro.
Carmen erat ſummę doꝛſo fundata ſionis
Regia: qua quondam Solymi moderamina ſceptri
Stirpis ieſſeę pꝛinceps exercuit: armis
Jnclytus ⁊ pacis ſtudijs pręclarus ab illo
Virginis atqꝫ viri genus antiquamqꝫ trahebat
Pꝛogeniem: ⁊ mixtę numerabat ſtemmata gentis
Addebat voces fluctus: puppimqꝫ natantem
Jnnocuaſqꝫ rubi flammas: ⁊ limina nunq̃
A foꝛibus ſeiuncta ſuis: phębiqꝫ patere
Neſcia.⁊ vnius greſſum admittentia regis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Cęlantemqꝫ deos ficto labanida vultu
Velleraqꝫ ⁊ ſiccos magni gedeonis imbres.
Atqꝫ vti fiſcellam placida geſtauerat vnda
Nilus: ⁊ infantis miſeratam fata puellam
Et conuulſa nouas uirgulta ferentia frondes
Adiungebat vti peregrinas ęquore cedros
Compoſitis ratibus condenda ad templa vehebant
Sidonij: vt multo paries effulſerit auro:
Miratumqꝫ gradus hominem: qui clara petebant
Sidera: ⁊ ingentem diuini fędoris arcam
Et quã fatidico populus balàhamus eois
Carmine prędixit flammam ſiduſqꝫ futurum.
Sed iam precipiti phębus ſub tartara curru
Ibat: ⁊ occiduis aries ſua merſerat vndis
Vellera: ⁊ ardenti ſurgebat ſcorpius ore.

i Amqꝫ ſoporiferę tempus dare membra quieti
Suaſerat: at virgo ſecreti ſola cubilis
Clauſa loco: curis aperit cęleſtibus almum
Pectus: ⁊ in ſummum ſenſim leuat ęthera mentem
Vnam ad ſe comitum vocat in penetralia tecti
Pręſtantem egregio vultus animiqꝫ decore.
Mnemoſine genitrix illi pater vſus. ab ipſa
Cęleſti genus arce trahit. nam conditor orbis
Eſt auus: hanc grai ſophiam dixere priores
Nare ſagax oculis penetrans caua tartara: ⁊ altum
Aethera: nullius linguę non vllius artis
Inſcia: labe carens: vicijs infeſta: pudore
Circumfuſa genas: ⁊ iaſpide pectus ⁊ auro
Splendida contexto: cauſas ⁊ nomina rerum
Per media ex imis gradiens ad ſumma deumqꝫ
Et mundi metitur iter: hac indice virgo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Inſomnis ducens taciturnę tempora noctis
Contemplatur vti rerum longęua propago
Texta ſit: vnde prior mundi deſcendit origo
Et chaos ⁊ ſiluam informem: diſcretaqꝫ formis
Corpora. paulatim varias induta figuras
Ui propria petiſſe ſuis loca viribus apta
Atqꝫ grauem liquido ſuſpenderit aere terram
Omnipotens opifex: duplici cum prolis honore
Oceanumqꝫ ſuis complexum fluctibus orbem
Fuderit: ęthereis incluſerit ignibus auras
Atqꝫ feris terras: mare piſcibus. aera ceſſit
Alitibus variis. ornans animantibus orbem
Ut vaga perluſtret phębe duodena quotannis
Sidera fraternum fugiens iter. ⁊ modo tractus
Erret ad auſtrinos elicen modo viſat ad arcton
Ut procul a phębi venus ⁊ cyllenius igne
Ne volitent verſo referant veſtigia greſſu
Phębus vt obliquo nunq̄ diſcedat ab orbe
Atqꝫ viam retro gradiens obſeruet eandem
Claraqꝫ nocturnis ſplendoribus imbuat aſtra
Et rubicunda feri quę lex incendia martis
Uoluat. ⁊ egregium iubar ⁊ iouis ora benigni
Atqꝫ ſenem pigrum curuata falce minantem
Ut ſuper octaui radiantia ſidera cęli
Certa lege meant ⁊ ſcintillare videntur
Altius extollens mentem curuamina noui
Orbis. ⁊ ęterno ſplendentem lumine mundum
Et tenues miratur aquas glatialis olympi
Ultimaqꝫ immenſę formata volumina molis.
Lanigeri ſublime decus. taurumqꝫ nitentem.
Et geminos helenę fratres. auerſaqꝫ cancri

Sidera quę ethiopes vrunt indoſqȝ arabeſqȝ.
Atqȝ Melorcheum ſtellata fronte leonem.
Et iubar erigones. ęquataqȝ brachia librę.
Viroſamqȝ nepani videt. ęmoniaſqȝ ſagittas.
Cornuaqȝ ęgoceri gelidis humentia nymbis
Et liquidos vrnam rores ventóſqȝ cientem
Atqȝ dionęos lucenti tergore piſces.
Hinc dextra leuaqȝ faces ardore coruſcas
Suſcipit. ⁊ cęli claros examinat ignes
Pleiades ſeptem. quarum minor vna latere
Dicitur. ⁊ pluuias hiades. pauidamqȝ capellam.
Poſt rabidum leporem. iugulas ⁊ procyon vſtum:
Morboſamqȝ canem. ⁊ coruum cratera tenentem.
Inde coronatę rutilans minoidis aſtrum
Et non longa ſitum poſt interualla ſagittę
Sidus: ⁊ ętherijs errantem tractibus hędum.
Orpheamqȝ liram ⁊ flammis lucentibus aram
Suſcipiens cęli ęternos meditatur honores
Curſibus alternis mundum ferri atqȝ referri
Ex auſtro in boream ex borea miratur in auſtrum
Et fieri vt gelidam tellus coniecta ſub arcton
Dum bibit ęthereos admoto ſole calores
Mittis ⁊ humanę addatur idonea vitę.
Mens calefacta deo. ſanctiſqȝ exercita curis
Atqȝ laborando vires ⁊ robur adepta
Altius it. ſemperqȝ magis terręna relinquit.
Jam ſuperis admixta domos explorat ⁊ arcem
Et ſolium ſublime patris quod plurima circum
Turba leues animi volitant. decimoqȝ ſedenti
Orbe deo aſſiſtunt vigiles. ⁊ cuncta fideli
Juſſa miniſterio peragunt. verſantqȝ rotatu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Sidera perpetuo quidam: mortalia quidam
Facta regunt. preſſaqꝫ graui ſub mole tuentur
Corporis humanas mentes. et regna gubernant.
Omne per hos exercet opus pater. ipſe quieto
Tranquillus ſceptro ſedet et complectitur orbem
Virginis hę curę: ſeſeqꝫ oblita virumqꝫ
Miſcetur diuis cęliqꝫ palatia luſtrat.
Atqꝫ thoro recubans ſummo ſpaciatur olympo
INterea virgo thalami dum ſola receſſu
Excubat occulto per longa ſilentia noctis
Fatidici vatis. quem ferrea turba gementem
In geminas ſecuit dentato rob ore partes
Codice verſato primum locus ille legenti
Obuius occurrit grauidam qui virginis aluum
Pręciuit et magni prolem mortale tonantis
Corpus et humanę ſubituram incommoda ſortis
O fęlix nimium dixit quęcunqꝫ futura es
Et matres longe ante alias digniſſima virgo.
Quę paritura deum fruituraqꝫ cęlibe lecto
Magna ſeneſcenti renouas miracula mundo
Non ego communi patrum te labe volutam
Crediderim talem cui dant oracula palmam
Tu vetus extingues vicium ſceleriqꝫ recluſa
Limina concludes. tu protoplaſtis acerbam
Ingluuiem delebis agens noua ſęcla nouumqꝫ
Fędus et humanum ſupra genus omne fereris
Te tua: te ventura omnis mirabitur ętas
Et tibi perpetuis ardebunt ignibus arę
O mihi ſi tantum non eſt audere ſuperbum
Conceptus liceatqꝫ tuos vultuſqꝫ tueri
Dicite carmeli: qui ſancta ſilentia montis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Incolitis vates vatumqꝫ ęterna propago
Quos imitans tędas ſum dedignata iugales
Dicite quę regio iubar hoc quę proferet ętas?
Credimus e terris venturam an ab ęthere ſummo
Lapſuram: tali ne hominum debetur origo?
Dumqꝫ ita cęleſti mentem ſuccenſa calore
In laudes ignara ſuas prorumpit. olympo
Labitur et veniens fulgentes explicat alas
Nuncius et celeri penetrat ſecreta volatu
Limina. ad ingreſſum ſubitę perterrita lucis
Extulit attonito titubantia lumina vultu
Et formam mirata viri tabeſcere caſtum
Pectus et inſidias metuens palleſcere cępit
Aliger arguta reſerans noua nuncia voce
Pone metus inquit ſuperis gratiſſima virgo
Letus ab ętherea venio tibi nuncius arce
Aeterni iucunda ferens mandata tonantis.
Concęptura nouos vllo ſine ſemine fętus
Et prolem paritura dei. materqꝫ futura es
Stirpis olympiacę. tactus non paſſa viriles
Et deus ipſa tuam veniens labetur in aluum
Greſſibus occultis: tuaqꝫ intra viſcera corpus
Ipſe ſibi formans poſt nonę. tempora phębes
Exiet humanę velatus imagine formę
Arma ferens pacis venit. atqꝫ ſalutifer orbi
Propterea ſanctam dabis atteſtata ſalutem
Nomina. in immenſum creſcet. venturaqꝫ magno
Secula conſenſu tempus congeſta ſuperbis
Dona ferent illi. rutilo qua ſurgit ab ortu
Lucifer. heſperias et qua declinat in vndas:
Qua micat arctophylax. latum qua ſuſtinet orbem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Axis inocciduus. reſonans qua naſcitur auſter
Imperio premet omne genus telluris et vnde
Poſſeſſurus opes cęliqꝫ habiturus honorem
Perpetuum et mundum ęquatis recturus habenis
Sed neque fulgentens auro radiante coronas
Nec tyrios regum feret ornamenta colores
Non illi ſublime domus dabit ardua culmen.
Marmora nec tollet ſubeuntibus alta columnis
Viuenti: non martis opus non ęrea tęla
Tractabit. rigido non oppida milite cinget
Nec ruet aerias arces. non ęquora grandi
Claſſe premet. non hinnitus laudabit equorum
Nec quę bella mouent horrenti claſſica cantu
Ferrea nec mittet captus in vincula reges.
Nec populo illuſtres ducet ſpectante triumphos.
Scilicet hęc homines curant nos alta tenentes
Qui regimus totum damus hęc non querimus orbem
Non illi humana bellum eſt cum gente ſuperbum
Spirituum genus atqꝫ procax. torxqꝫ quod auſu
Diuinum ingenti iam vulgo vſurpat honorem
Impetit: huc belli vires. huc dirigit omne
Robur. et hęc agitur non ferro pugna. ſed aſtu
Quid fieri maius poterit. quam trudere diuos
Sedibus antiquis et auito pellere regno.
Sed grauis humanas premit ignorantia mentes
Nam quod promittunt venturo oracula chriſto
Imperium mortale putant vatemqꝫ futurum
Terrena tantum ducunt a ſtirpe: deumqꝫ
Eſſe negant: hinc errorum deſcendit origo
His deluſa dolis et eiſdem ambagibus olim.
Perfida poſteritas longum ſperabit in euum:

Speratamqꝫ videns non apparere ſalutem
Exilijqꝫ mores longi mirata nec audens
Vera ſequi nugis et ſpe paſcetur inani
Felices annos: et quę tua protulit ętas
Aurea non cęſar renouauit ſęcula. verum
Tuqꝫ puerqꝫ tuus. nam primi dulcia mundi
Tempora conuerſo cęperunt currere greſſu
Lęta quies oritur. niueis pax aurea pennis
Deſcenſura leues humeris circumligat alas
Jamqꝫ mei nocuos ignes. infeſtaqꝫ terris
Sidera compeſcunt comites. orionꝭ ſeuum:
Jcarijqꝫ canis rabiem. pedibuſqꝫ rapinam
Stringentem curuis aquilam. teretemqꝫ ſagittam.
Cęteraqꝫ ingratos hominum meditata dolores
Aſtra premunt. flammaſqꝫ iubent regnare fauentes
Nuncius hęc: humilis firmato pectore virgo
Jmperio dixit magni parere tonantis
Cogimur. et miti curuans caput annuit ore
Candida virginitas: ſimplex prudentia: velox
Et matura fides. humiliſqꝫ modeſtia totos
Lęticia impleuit cęlos et ſidera cantu
Tum diuina grauem ſubitis conceptibus aluum
Extulit: atqꝫ ſinus ſoboles extendit onuſtos
Sicut in adductos penetrat cum lubrica folles
Aura: cauernoſum ſurgens tumor exit in orbem
Mirata eſt creuiſſe vterum natura. ſuumqꝫ
Eſſe negauit opus. trepidas vt virginis aures
Aliger afflauit cęleſti nuncius ore:
Diuulgata polo res eſt: myſteria norunt
Aetherei ciues: marię tunc ęthere toto
Nomen honoratum: cęli cantata theatris

Virginitas fęcunda fuit nondum agnita nigris
Manibus: infernoue Ioui: ſub hypoſtaſin vnam
Naturę coiere duę. quę copula diuos
Gentis in immenſum noſtrę conuertit amorem:
Nec graue cęlitibus fuit ipſa relinquere ſummi
Tecta patris. noſtraqꝫ dies cum virgine longos
Ducere. et occulti reſerare negocia cęli
Ipſe puellari forma mentiſqꝫ decore
Lętior accito diuum pater agmine. ſanctos
Alloquitur ciues. circumſtantemqꝫ coronam
Spirituum. alloquio patris exultauit olympus
Atqꝫ prius multa ſublimem laude puellam
Extulit illuſtres atauos et nomina clara
Gentis ieſeę referens delataqꝫ cęlo
Sacra. pioſqꝫ animos antiquę ſtirpis. inanem
Luciferi oſtendit ſedem. contermina ſemper
Regali fuit illa throno: ſceptroqꝫ tonantis
Tum memorans veteres rixas primęuaqꝫ bella:
Cur non vna omnes habeant habitacula diui
Diſcretiqꝫ locis habitent. quare altior illos
Orbis habet: cur lunam alij. cur cypꝛida quidam
Mercuriumqꝫ colant. cur ſic partitur olympum
Lex ęterna docet. cur eant in ſidera mentes
Terrigenę. quę nam ratio perſuaſerit illis
Deberi ęthereos cęleſtia tecta per orbes
Monſtrat et hęc dictis poſuit ſententia finem
Sicut luciferi locus hic ſublimior inter
Eminet ęterni numeroſa ſedilia regni
Sic virgo: quam parua domus anguſtia claudit
Et mariam preſſę monſtrauit acumine virgę
Humanis animis longe eſt pręſtantior: illi



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Non fati ratio non cęli mobilis ardor
Deſtinat hoc ſolium: ſed lege cohercita mentis
Libertas et noſter amor. ſic fatus. at omne
Lęticia fremuit cęlum: diffuſa voluptas
Celeſtes animos rapuit. ſonuere theatra
Plauſibus. aſſenſu ſuperum vulgata per omnis
Elyſij campos. magni eſt ſententia patris.
Temporeqꝫ ex illo ſemper toto ęthere virgo eſt
Angelicis pręlata choris. et dignior omni
Agmine ſpirituum rutilo. cyllenia quantum
Marte minor flamma eſt vel quantum delia triſti
Cedit auo: tellusqꝫ Joui venus aurea phebo
Junctus erat ſoli trepidę non immemor helles
Corniger: orion non exurgebat et argo
Polluerat: gelidam vergens auriga ſub arcton
Pręcipiti curru nitido ſub apolline tectus
Jbat. et occiderant hiades hędiqꝫ. parensqꝫ
Tollere fulgentem medio nox humida curſu
Ceperat ęgoceron. primisqꝫ emiſſus ab vndis
Spectabat geminos erecta fronte cadentes
p Lena deo mater. fętuqꝫ animoſa latenti
Trans iuga trans altos ſaxoſa cacumina montes
Se tulit. ad ſera fęcundam prole parentem
Cognatamqꝫ nurum partus viſura beatos
Virgineoqꝫ ſinu paruum ſtrictura nepotem
Dumqꝫ viam carpit pedibus calcata pudicis
Beſtijs immenſum tellus et dulcia longo
Tempore ſeruauit preſſo veſtigia dorſo:
Tota venuſtatem regio mirata decusqꝫ
Aetherię frontis: fuſumqꝫ per ora pudorem
Arriſit procul omnis ager nemus omne virentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Exorto iam vere comas curuauit. et ibat
In flores tunc omne ſolum. flagrantia rura
Purpureas paſſim violas et candida paſſim
Lilia fundebant. nitidis e fontibus vndę
Voluebant dulces curſu crepitante ſuſurros
Aſſyrij colles aſſurrexere. taboris
Se iuga flexerunt. dominam ſpeculatus ab alto
Vertice carmelus caput inclinauit apricum
Coniferas pinos. et odoriferas cypariſſos
Blandior alternis flectebat nutibus aura
Aura laborantis tenui ſpiramine circum
Colla ſinuſqꝫ volans et candida virginis ora
Terra ſuas monſtrabat opes: et lucidus ęther
Nubibus expulſis vultu ridebat aperto
Crinibus auratis ſolitoqꝫ decentior acres.
Sol vrgebat equos: terſoqꝫ ardebat olympo
Qualis erat prima genitor qua condidit illum
Luce deus. quom clara nouis ſplendoribus aſtra
Alta per inſuetos ferrent veſtigia greſſus
Attulerat ſextum grauidę iam delia menſem
Et pleni languebat anus ſub pondere ventris
Hęc erat hiſmerę claro ſata ſanguine magni
Zacharię coniunx. cui nomen heliſabat: annis
Iam grauis: hęc longo ſterilem ſe fleuerat ęuo
Oranti tandem diuum data munere proles
Indice porrecto demonſtratura tonantem
Et lotura ſacro venientem flumine turbam
Vt conſanguineas iunxerunt oſcula matres
Mutua: et iniecti ſtrinxerunt colla lacerti
Grandior afflatu vicini numinis infans
Geſtijt et ſubito dominum confeſſus honore



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Maternam inſolitis concuſſit montibus aluum
Tunc anus aduentu charę lętata puellę
Et ſuccenſa deo dixit. tu ne illa propago
Expectata diu nobis. promiſſaqꝫ noſtris
Patribus. et ſacro vatum celeberrima cantu
Quam mea iam ſero genuit matertera partu
O decor o ſummo facies digniſſima cęlo
Te tandem terris ſuperi oſtendere. quid vltra
Triſtia primęuę flemus conuiuia matris?
O veterum ſpes longa patrum: ſpectabilis almam
Quę reparas aurora diem. quę diſtulit ortus
Nox tam longa tuos? quę cauſa ignota ſub vmbris
Hoc illuſtre iubar. tenuit? nec protulit ante
Lumen olympiacum radios? o quanta ſepultos
Cura tui proauos tenuit. panduntur ab alto
Aethere fęlices anni. noua naſcitur ętas
Sidera tu mundo reſeras. tu tartara claudis
Tu genus inſtauras hominum. profugamqꝫ paterno
Soluis ab exilio gentem. fortiſſima certe
Delbora bellatrixqꝫ potens: animoſa virago:
Quę ducis aſſyrij caput atqꝫ fluentia tabo
Colla ſecans pauidos hoſtes dare terga coegit
Ipſaqꝫ perſarum quondam gratiſſima regi:
Quę genus vlta ſuum ſummo dedit oſcula ſceptro
Clara fuit multoqꝫ nitens reſplenduit oſtro
Hę ſummum meruere decus laudemqꝫ ſuperbam:
Tu tamen has omnis ſuperas. tu ſęcula portans
Aurea fęminei tollis conuitia ſexus
Jam deus antiquę commiſſa piacula fraudis
Ponat. et iraſci terris iam deſinet ęther.
Fortunata parens fęlix quę viſcere ſancto

Progenies: ſanctaqꝫ puer: qui clauditur aluo.
Non erit hęc tua vana fides. nec muneris huius
Latorem fruſtra credendum eſt ęthere miſſum
Ipſe pater: qui cępit opus formabit ad vnguem:
Irrita nec tantę fient exordia laudis:
O me fęlicem tua ꝙ licet ora tueri:
Sicqꝫ tuos olim liceat mihi cernere partus:
Atqꝫ meo geſtare ſinu: q̃ lęta futura eſt:
Quã iucunda dies: quom noſtra tuebimur ambę
Pignora verſari ſimul: atqꝫ incedere iunctis
Greſſibus. ⁊ lęta fari ⁊ colludere fronte
Una etas ambobus erit par cura par ęui
Terminus: ⁊ viuent vna duo pectora mente
Quã bene mortali ſuperum clementia morbo
Conſuluit: vulnus virgo: medicamina virgo
Contulit: illa necis: dedit hęc primordia vitę
Illa tulit belli cauſas: hęc ſemina pacis.
Illa venenoſę ſtygiis lactata megerę
Uberibus gelido conceptum pectore virus
Expuit innatos: nigroqꝫ afflata colubro
In genus omne ſuum ſpumam eructauit auerni:
Cuius odor poſtq̃ cęlos ⁊ tecta tonantis
Attigit. exemplo valuas offenſa patentes
Numina clauſerunt. totuſqꝫ excanduit ęther.
Iſta ſalutari totam ſe proluit imbre
Nectarei fontis. vitalia pocula dulces
Ambroſię ſuccos plenis crateribus hauſit.
Melliſluoſqꝫ bibens latices. quos magnus ab hortis
Helias eois mittit ſe in flumina vertit
Lactea quę ſemper plenis currentia ripis
Omne ſolum luſtrant. hęc ad ſpectacula verſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Ipſe pater clauſi limen reſerauit olympi.
Unde igitur mihi tantus honos: vnde iſta repente
Gaudia prorumpunt: vt ſemine plena tonantis
Fęmina ſacratos ferat ad mea limina greſſus:
Hęc anus. at ſenior vocis cui clauſerat vſum:
Imbecilla fides cano venerabilis ore
Signa dabat: flexaqꝫ dei ceruice parentem
Hoſpitio ſuſcepit ouans: oculiſqꝫ manuqꝫ
Aethera monſtrabat prius ⁊ mox hoſpitis aluum
Regia parthenice diuino afflata calore
Iucundum cecinit carmen: non leſbia tale
Fęmina facundi non teia muſa poetę
Non ſatus eumolpho non ipſe ęagrius orpheus
Non ſonuit dircęa chelis: qua docta ſuperbit
Gręcia: qua ſeſe iactat cadmęa propago
Id quamqꝫ noſtro minus eſt tractabile verſu
Subijciam tamen ⁊ ſenſum non verba reponam
Magnifice regem mea mens extollit olympi
Et deus exhilarat ſancto mea viſcera plauſu:
Uidit em̄ pectus ſupplex humilemqꝫ miniſtram
Ingentiqꝫ meos veſtiuit numine ſenſus
Propterea ventura canent me cuncta beatam
Sęcula. nāqꝫ modis in me ſurgentia miris
Omnipotens rerum miracula ſuſcitat auctor:
Ipſius ęterno clementia flumine torrens
In genus omne fluit: ſicut de doridis aluo
Perpetui voluunt plenis vada curſibus amnes
Explicuit forti vires: animumqꝫ lacerto
Atqꝫ ſuo elatas diſpergens robore gentes
Eruit excelſos: humileſqꝫ in ſceptra vocauit:
Eſuriem ſaturans inopum: dimiſit inanes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Qui terrę rimantur opes. diuina videntis
Suſcepit miſerans pueri genus: atqꝫ fidele
Semen: vt antiquis reſponſa parentibus olim
Habraamo natiſqꝫ dedit: proliqꝫ nepotum.
Luna ter vmbroſum radijs impleuerat orbem
Junctaqꝫ fraternos totiens ammiſerat ignes:
Quom cętu comitata graui dauitica virgo
Jn patriam reduci flexit veſtigia greſſu
Humida littoreus iam brachia tollere cancer
Ceperat: ⁊ claros procyon abſcondere vultus
Etiam flaua ceres campis albebat apricis.
Fronde coronatus matura per hordea meſſor
Ibat. ⁊ in curuis ſpoliabat falcibus agros.
Jam longo ſudore madens. grauibuſqꝫ flagellis
Robuſta armata manus. tritura per omnes
Aſſyrię campos. ⁊ dulcia rura coaſpis
Sternebat fragiles calamos. paleaſqꝫ volantes.
Atqꝫ ſub ardenti ſonitum dabat area phębo
Pallida conceptum facies prodebat. ⁊ aluus
Maiori ſuſpenſa ſinu. pectuſqꝫ leuatum
Exili vox clauſa ſono manifeſta latentis
Signa dabant fętus. nam nec celare tumorem
Cura fuit. nunc̄qꝫ fęcundi pondera ventris
Diſſimulauit agens tenues ad pectora vittas.
Sicut enī trepidare facit mens conſcia culpę
Sic animi ſimplex probitas. ⁊ cognita virtus
Efficit impauidum pectus. fugit impius vltro
Iudiciumqꝫ pauet. frontem pius audet apertam
Tollere. non regis vultum. non iudicis ora
Non rigidos lictorum enſes formidat. vt acres
Non metuit flammas aurum. non verbera ferri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Dura potens adamas. nec onuſtę pondera palmę.
Arx eſt ipſa ſibi virtus. ipſa eruit arces.
Ipſa feras. hominemqꝫ domat. non horret inermis
Ire per hoſtiles cuneos. inimicaqꝫ caſtra.
Hoc externa docent. ⁊ noſtrę plurima gentis
Quę facerent exempla fidem. cur ſceuola dextram
Miſit in ardentes prunas: ⁊ brachia flammis
Exurenda dedit. pauor eſt tot millibus vnus.
Quem ꝓprijs virtus gladijs armauit ⁊ haſta
Cur tranauit aquas. tiberinaqꝫ flumina virgo
Cui populus ſtatuam poſuit romanus equeſtrem?
Clelia quo clypeo tuſcum. quibus enſibus hoſtem
Vicit: ei lorica fuit catapultaqꝫ virtus.
Fortior vna viris ducibus pręſtantior vna.
Cautior vna fuit mulier. cui prouida virtus
Pręſtitit ingentes animos: ⁊ ferrea corda
Quom ducis auſa fuit correpto guttura cultro
Stringere ⁊ in peram caput inſertare tyranni.
Regulus ad lybicas iterum freta nauigat arces
Impauidumqꝫ vltro caput ad tormenta reportat.
Prętereo chriſti paſſos immania teſtes
Funera. laurenciqꝫ ignes. pauliqꝫ cathenas.
Atqꝫ reuertentem ſua per veſtigia petrum
Aſpice ridentem ſiculi mandata tyranni
Zenonem. ⁊ regis verſos in vulnera ciues.
Sed quid rem minime dubiam fulcire probando
Proſequimur. nihil eſt virtute potentius: ergo
Parthenices moniti exemplis. quę ſcimus olympo
Grata ſequi ſtudioqꝫ opus eſt ſeruari tenaci.
Quod ſuperi laudant. quid ſi mortalia linguis
Ora venenatis carpant: ſub iudice cęlo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Viuendum: demens quiſquis mutabile vulgi
Viuit ad arbitrium: nobis concordia diuum
Sola ſat eſt: ſi quando meos deus arbiter actus
Approbat indoctę quid me contraria turbę
Flectit ab incepto vitę ſententia curſu.
Non erat hęc ſemele bacchi. non ilia mater
Romuleę gentis. nec magna athlantias hermis
Maia parens. danę ve auri deluſa nitore
Non erat alcidę genitrix. nec agenore nata
Filia nec cęi. nec ſe mirata iuuencam
Jnachis: illicitos falſo quę nomine partus
Admiſſumqꝫ ſcelus titulo veſtiret olympi
Hęc erat alma parens veriqꝫ inſigne tonantis
Hoſpitium: regis ſuperum immortale ſacellum
Et quoniam diuum tenuit conſortia ſemper
Pluſquã hominum ſuperis fidens neglexit inane
Judicium: nugaſqꝫ hominum miracula ventris
Eſſe dei ſi norat opus cur debuit vllis
Occultare dolis: ipſo quas auſpice cęlo
Debuit inſidias hominum quoqꝫ bella vereri.
Quas trepidare manus: igitur ſecura tumentem
Jpſa ſub ora viri ſine fraudibus attulit aluum
Vir tamen occurrens vt virginis ora reuerſę
Pallida conſpexit tumidumqꝫ exurgere ventrem
Saucius: vt nigro: qui neſcius obuiat angui
Obriguit: gelidum tremuit ſine ſanguine pectus.
Diſſimulat tamen: ⁊ ficto tegit ore dolorem
Quid faciat quo ſe vertat quid deniqꝫ captet
Concilij neſcit: ceu quando ignota viator
Compita defixę incumbens examinat haſtę.
Vt iactata ſalo varios ſecat ęquore curſus

Nauis: ⁊ arbitrio venti bacchatur ⁊ vnde
Nunc ſurgente freto preſſa ſalat ardua puppi:
Nunc ruit in proram: fundoq; illiſa carina
Dat gemitum: reſonant borea inſultante rudentes.
Sic incerta viri ſecum luctatur. ⁊ ęſtro
Mens agitata graui curarum fluctuat ęſtu.
Dumq; ita cõcutitur nigris nox humida bigis
Induxit ſomnos ⁊ inertia preſſerat altus
Membra ſopor: celeri quom nuncius ęthere lapſu
Venit: ⁊ has mira ſimulauit imagine voces.
Sancte ſenex quę tanta tuam veſania mentem
Impulit: vt tantum credas in virgine crimen?
Pone leues animos: claudiq; ſub illius aluo
Diſce deum: ſicut virides produxit aronis
Virga carens humore comas: floremq; coruſcum?
Sic ignara viri diuinum regia virgo
Semen ⁊ ęthereos accępit viſcere partus.
Cęleſte eſt. quod cernis opus: tuq; ipſe miniſter.
Et cuſtos vtriq; datus nato atq; parenti.
Sic maternus honor: ſanctęq; illeſa manebit
Fama pudicicię: neu quis temerarius auſit
In caput illius quicq; crudele minari.
Addeq; a ſtygijs neſciri manibus iſtos
Vult deus ingreſſus. occulto tartara marte
Venit ⁊ ardentem debellaturus auernum.
His igitur curis liber. ne deſpice ſanctum
Virginis os ⁊ dulce decus moreſq; venuſtos.
Incipe mentis inops placidi cognoſcere cęli
Munus ⁊ hoſpitio magni lętare tonantis.
Hinc decus ęternum referes: hoc munere nomen
Immortale paras: partemq; acquiris olympi:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Crede fides: eſt grata deo: quia credidit vltro
Seminis eſt noſtri princeps habraamus. ⁊ auctor
Nil magis auertit cęlum a telluris amore
Quam ſcelus ingratę mentis. quę corde maligno
Muneris auctorem nullo dignatur honore
Propterea ſolymis fatum graue finibus inſtat.
Nam neq; numinibus pro donis vota futuris
Vlla dabunt. ſed dira leues incuria turbas
Et ſtupor obtuſę mentis. commenta doloſq;
Texere compellet. fraudemq; mouere nefandam
Tu cęlum. ſuperoſq; petes. multo ante. beatam
Virgineos inter cętus tibi vidimus ędem
Infęlix quicunq; dies producit in illud
Exitium. patrię tantas. cui cernere clades
Fata dabunt. phrygię celebrata incendia troię
Atq; numantini ſtrepitus. libycęq; ruinę
Et pulchrę caſus ephyres. thebanaq; bella
Atq; ſyracuſij planctus ⁊ quicquid acerbi
Hactenus ardenti mauros exercuit ira
Excidijs collatum iſtis (tam ſęua futura eſt
Tempeſtas) horrore caret ⁊ mite putatur
Romanas acies ſolymam deus armat in arcem
Ingentiq; parat genus hoc abolere tumultu.
Ille ego qui vetui quondam tibi virginis huius
Concubitus iſta e cęlo noua nuncia porto
His abijt dictis. ⁊ iam lux prima rubentes
Leucotheę thalamos luſtrans pallentia noctis
Nubila ſiccabat. veneriſq; emerſerat aſtrum.
Aſtrum. quo gelidi veniunt in gramina rores
Quodq; reuertentem prędicens lumine phębum
Porrigit exiles vmbras. quę gloria ſolum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Eſt conceſſa tribus veneri phębo atqꝫ ſorori
Talibus admonitus diſcuſſo membra ſopore
Explicat ⁊ largo ſenior conuiuia luxu
Accelerans cogit ciues ⁊ gaudia totis
Lęta ciet turbis: ſplendet domus: atria multa
Fronde virent: agiles curſant per tecta miniſtri
Dumqꝫ aulęa trahunt ⁊ verſicoloria tectis
Uela ligant pueri ſimplex ⁊ garrula turba
Apparere procul pendentia brachia tanqꝫ
A torace cadant varios ſine pectore vultus
Et quaſi trunca virum mirantur corpora tolli.
Ecce puellaris chorus: ⁊ venerabile matrum
Agmen adeſt. vehiturqꝫ ſeni noua nupta marito
Non tuba nō citharę deerant caua tibia cantus
Nunc phrygios nūc moenios nunc dorica verſat
Carmina. iucundo reſonat vicinia plauſu.
Diſcumbunt. dapibuſqꝫ fames vbi pulſa. miniſtri
Relliquias ⁊ cruſta legunt. criſtallina tollunt
Myrrhinaqꝫ albentes maculas vbi purpura cingit
Uaſa corinthiacis crateribus ęmula. menſas
Sublatis ſpoliant mantilibus. vna decore
Pręcipuo fuit. occiduus quā miſerat athlas
Littore de libyco citreę de ſemine ſiluę.
Hanc circumdederant varijs emblemata ſignis.
In quibus elato ſternebat vulnere Sanſon
Allophylos. malamqꝫ manu vibrabat onagri.
Et latis raptos humeris cum cardine poſtes
In montis rapido curſu iuga ſumma ferebat.
Miſſoqꝫ per ſegetes oleaſqꝫ incendia late
Nubem eructabant fumi cęloqꝫ volabant
Mellaqꝫ percuſſi ſtillantia ab ore leonis

Paſcebant heroa: liquor de dentibus ibat
Plurimus. et ſitibunda viri ſaliebat in ora.
Et ſeptemplicibus ſoluebat brachia vinclis
Ore tonans oculis ardens vultuq; tremendus
Atq; oculis captus dextra leuaq; columnas
Ruperat et fractis ruerat domus ardua tectis
Fulcra toreumatibus ſuberant tornata recuruis
Artis opus tyrię. prima hęc ſpectacula diſcus
Obtulit. a ſalibus paulatim ad ſeria ſermo
Flectitur. et per facta patrum memoranda. recurrit
Sermo erat antiqui ſenis inſperata voluptas
Et melior fortuna orbam cui lumine frontem
Rettulit in lucem fellis medicamen aquoſi
Tempore quo primę ſurgebant męnia romę
Et numa diuinos ritus et ſacra docebat.
Ut duce comperto iuuenis veniſſet in orbem
Cui nomen medea dedit cum phaſidis agros
Theſſalaq; ęſonidę fugiſſet regna mariti
Utq; vir octauus fęlici ſorte puellam
Duxit. et a medo diues remeabat araxę
Queq; recedenti natę mandata parentes
Tradiderant inter lachrymas iterataq; ſępe
Oſcula narrabant. et facto fine quierunt

## ¶ Parthenices Liber Tercius.

Am mare iam tellus italo perterrita marte
Cęſaris imperium romanaq; iura ferebat
Pax erat. et domitum late placauerat orbem
Tuta quies: nuſquam litui. non arma ſonabant
Et ſua bifrontem claudebant limina ianum
Nudus in herbiſecam redigebat martia falcem



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Arma faber: ſegnes fodiebant enſibus agros
Jam marius cimbros rheniqꝫ ſubegerat arua
Julius audaces araris rhodaniqꝫ colonos
Aemathium paulus regem grȩcoſqꝫ loquaces
Duxerat inſigni capitolia ad alta triumpho
Heſperiam mauros mundas libyamqꝫ potentem
Scipiadȩ. Magnus nilum ſyriamqꝫ arabeſqꝫ
Hyrcanoſqꝫ ſinus et potentica regna fretumqꝫ.
Quod phryges et cylicum diſiungit ab hellade cam
Vicerat. euandri collem metuebat olympus.
Et tybrim magno pater ennoſigȩus honore
Suſcipiens inter nymphas et numina ponti
Ducebat ſeptum. celebriqꝫ in ſede locabat
Lȩta ceres agris cultum referebat. et altum
Fumabant preſſo robuſti vomere tauri.
Auguſtus rerum dominus regna oppida et ipſos
Indigenas redigi in ſcriptis mandarat et ibant
Cȩſareis omnes cenſum nomenqꝫ daturi
Prȩſidibus: veterem patriam dauidis ioſeph'.
Cum conſorte graui bethlemica regna patebat
Jamqꝫ ſuburbanas ȩdes intrarat et vrbem
Turba frequens complebat: erant plena omnia multo
Hoſpite: et ingenti ſtrepitu. pleneqꝫ ſonabant
Confuſo clamore. domus: promiſcua vulgi
Longeries atra ſub apertis nocte iacebant
Porticibus: nulloqꝫ regi vagus aduena tecto
Jam poterat. ſicut populo cum maximus omni
Pollicitus veniam ſcelerum poſt quina ſacerdos
Luſtra vocat turbas romana in templa fideles.
Propterea exeſi montis ſub rupe cauata
Ligna ſenex ramoſa ferens ex arbore cȩſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Paruula congeſto fixit pręſepia feno
Et circum iumenta locans a ſinumqꝫ: bouemqꝫ
Fraxinea ſtrauit ſaxoſa cubilia fronde
Fomiteqꝫ appoſito circum de marmore flammas
Excutit. et claris noctem fugat ignibus atram.
Binaqꝫ ſaxa vię lapidoſo ex aggere veliens
Pronus humi duo ſcamna breuem conuoluit in vſum
Admotaqꝫ vxore focis ſtridentia poſtquam
Ligna diu lachrymas. nebulaqꝫ humente vapores
Eiecere graues oculis et libera pulſis
Undiqꝫ flamma micat fumis ſpelęa ligato
Claudit. et hybernum prohibet velamine frigus.
Mox inopem e dorſo cęnam deportat aſelli
Cantarus et paſſę cereris cum frugibus vuę
Carica iuglandes et cum cariotide mala:
Et ſiliquę dulces et parui caſeus orbis
Delicię ruris nocturnę hęc pabula menſę
Ut dapibus ſedata fames: de tempore portus
Colloquium ſubijt: nonum iam currere menſem
Nataliſqꝫ inſtare dies vt conſtitit: orant
Ante grauaſcentem ne ſarcina deſerat aluum
Quam patrium limen repetant: notoſqꝫ penates
Propterea tardę quantum valuere ſenectę
Inualidę vires marię curam exhibet omnem
Sollicita pietate ſenex: iam languidus ignis
In cineres ibat: leuibuſqꝫ albere fauillis
Cęperat: et blando nutabant lumina ſomno.
Veſtibus explicitis ęgra cum coniuge feſſus
Procumbit ſenior: tepidoqꝫ obductus amictu
Stertit: anhelanti ſtertit ſpelunca ſuſurro.
Deciderant vmbrę nemorum: ſine crinibus omnis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Arbor erat. nidosqʒ auium monſtrabat inanes
Stabat apex lydi gelida niue candidus hemi
Taurus hyperboreos albenti vertice flatus
Accipiens hyemem aſſyrias ſpargebat in vrbes
Męnalon. et rhodopem pholęn. erymanthon: et oſſam
Idęas rupes. apęniniqʒ cacumen
Exuerat frigus penetrans aquilonis acuti:
Siccaqʒ brumales vrebant arua pruinę
Aſtrictiqʒ cibos vndis glacialibus omnes
Perdiderant curſus. et clauſę vitrea nymphę
Tecta ſubintrabant. tepidis vbi mulciber antris
Conditus hybernat. ſic ſanguine tinctus enipheus
Auſonio: ſic thrax pindo qui labitur hebrus
Populiferqʒ padus lacedęmoniuſqʒ eurotas
Et tanais gelida celerem: qui diuidit vndam
Hyrgis aqua: ſcithicuſqʒ hypanis. xanctus ſymoiſqʒ
Uix arabes horti: calidę vix arua ſyenes:
Uix ager heſperidum. vix ipſe virebat hymetus
Halcyonis fętę varijs noua pignora pennis
Jam tolli audebant. primoſqʒ efferre volatus
Attulerat medio nox alta ſilentia curſu
Aſtraqʒ per tenebras tremulis ardentia flammis
Luſtrabant dubio frigentem lumine terram
Occiderant ignes: et calligauerat antrum
Quom ſubito matris clauſa puer ęditus aluo
Expulit vmbroſam cęleſti lumine noctem.
Aduenere chori ſuperum promptiqʒ. agileſqʒ
Dulce miniſterium nato exhibuere tonanti
Et dulces cecinere modos: tulit ora repente
Territus hac nouitate ſenex. et ſtrata cubili
Membra leuans: pueri numen recubantis adorat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Jam leuis: ⁊ partu nullos experta dolores
Suſtulit infantem virgo: panniſqꝫ volutum
In pręſepe tulit. iumentorumqꝫ ſub ora
Mitia: vbi tractis alternus anhelitus auris
Sperabat pueri tepidos in membra calores.
Fortunata ambo: atqꝫ omni pręlata ferarum
Et pecudum numero: ſeu ſit quę lactea cyro
Ubera porrexit: ſeu ſit quę lucet in aſtris
Hirta iouis genitrix: ſeu ſit quę pauit iberum
Cerua ducem. cędant phrygij: qui ſancta leones
Plauſtra deum matris ſubeunt: bacchiqꝫ miniſtrę
Lynces: ⁊ rapidę truculenta animalia tigres:
Et lupa: quę geminos aluit mauortia fratres:
Quiqꝫ trahunt martis currus: phębiqꝫ iugales.
Uos ſola e cunctis diuini conſcia partus
Infantiqꝫ deo primum exhibuiſtis honorem
Diſcite primates orbis: qui ſceptra tenetis:
Tegmine qui biſido frontem: qui ſacra rubenti
Tempora velatis pileo. quibus ora ſuperbo
Inflat honor faſtu. miſeram nō temnere ſortem
Hic puer obſcuri quom primum limina mundi
Attigit. elatę docuit deponere frontis
Alta ſupercilia. atqꝫ humilem veſtire figuram
Prima hęc in noſtros obiecta eſt machina mores.
Informemqꝫ iſta reparauit imagine vitam
Mitia ſic iumenta inter mitiſſima proles
Uirginis innocuę iacet. ad ſpectacula toto
Cęlicolum conuerſa cohors miratur olympo
Ima caper cęli cancer ſuprema tenebat.
Et caput attollens ſęcli regina vetuſti
Erigone. iunctoſqꝫ videns deſcendere piſces.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Proſpexit teneros clementi lumine partus
Sunt quoqꝫ qui ſummum traxiſſe per ęthera caudam
Fronte ſub ardenti merſa phlegethonte draconem
Commemorent: geneſimqꝫ velint feciſſe ſiniſtram.
Sed pia virgineę prolis clementia legit:
Ipſa ſibi genus id fati: non aſtra tulerunt.
Nam neqꝫ ſublimi dominum: qui regnat olympo
Credimus a cęlo in pęnam violenter adactum:
Tum quoqꝫ montanis lętum paſtoribus agmen
Diuorum apparens regem clamauit olympi
Quęrite: qui natus modico iacet abditus antro.
Ite citi: nec vos nox intempeſta retardet.
Candida formoſę iam pendet ad vbera matris:
Infantem fouet ipſa ſinu: noua gaudia mundus
Accipit: ⁊ rerum melior contexitur ordo.
Deſcendit promiſſa ſalus: pia numina mundo
Seruauere fidem: fęlicia ſecula currunt:
Et cum prole noua cęlo noua labitur ętas.
Pax noua terrigenis oritur: noua gloria cęlo.
Hęc diui: greſſus illi mouere citatos:
Ingreſſiqꝫ lares dulcem videre puellam
Paſcentem teneros lactenti pectore partus:
Nam iubar immenſum cęlo deduxerat infans
Illuſtriqꝫ diem noctis deſiccerat vmbram
Mirati lucem inſolitam. ſummumqꝫ decorem
Virginis osqꝫ viri ſanctum capitiſqꝫ verendi
Caniciem ſacram. pulchręqꝫ ſimillima matri
Pignora virgineum labris mulgentia pectus.
Poplitibus flexis miti ſub imagine clauſum
Numen odorarunt. mox ad ſua ſepta reuerſi
Miſerunt celebrem vicina per oppida famam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Non erat oleniam fama hęc nutrire capellam
Crętęa ſub rupe iouem. neqꝫ tecta caniſtris
Paſcere cecropias vulcania furta ſorores.
[illegible]o fauſtos veniſſe dies. ſperataqꝫ multum
Tempora. quę vates. quę prędixere ſibyllę
Tempore voce loco varijs. at ſenſibus ijſdem
Diſparitas facit iſta fidem. nam perſica primum
Hęc cecinit. poſt hanc. lybicę telluris alumna.
Delphicaqꝫ ⁊ cumas veniens a chalcide virgo
Antiquumqꝫ trahens cognomen ab ęquore rubro
Et ſamia ⁊ rege. quę terna volumina priſco
Attulit. anguſtęqꝫ fretum. quā nominat helles
Et phrygio nutrita ſolo. quęqꝫ ardua tecta
Tyburis ⁊ magnę coluit iuga proxima romę.
Hęc. cum diuinos cultus. ⁊ ſacra pararent
Auguſto cum plebe patres cita tyburis arcem
Liquit. ⁊ ingentes veniens ad cęſaris aulas
Fulgentem nitido monſtrauit in ęthere circum
Irideqꝫ incluſam parua cum prole parentem
Atqꝫ manum tendens. vultuqꝫ ad ſidera verſo
Ille puer deus eſt inquit. tu deſine cęſar
Velle coli. p ueroqꝫ aras. ⁊ templa relinque.
Ille regit cęlos. atqꝫ immortalis olympi
Poſſidet imperium. ⁊ fatalia temperat aſtra
Ille facit pronam tauri incandeſcere frontem.
Et titanis equos ad aquatica brachia cancri
Flectit. ⁊ ardentem ſub virgine temperat ęſtum
Atqꝫ ſuas ſeruare vices vaga ſidera iuſſit
Chironem torpere gelu caprumqꝫ niuoſis
Imbribus. ⁊ glacie ſtrictos requieſcere campos.
Meſſibus ęſtates. hyemem niue. purpureum ver

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Floribus. autumnum pomis. ⁊ frugibus implet:
Chaſmataqꝫ. ⁊ terrę motus. ventoſqꝫ ſonantes.
Imbriferaſqꝫ facit nubes. fulmenqꝫ per ipſa
Nubila contorquens violentos excutit ignes.
Ille fretum leuat. ille premit. vitęqꝫ. neciſqꝫ
Lora tenens. ſuperis leges imponit. ⁊ orco
Tu ſceptrum mortale geris. te ſerica nondum
Regna. nec eoę nouerunt littora terrę:
Nec ſcythię glaciale fretum. neqꝫ conſcia nili
Principio tellus. nec inhoſpita rura ſienes.
Parua breui te roma ſinu concludit. ⁊ audes
Te ſuperis ęquare: viamqꝫ ad ſidera tentans
Tendis ad obſcurę pallentia flumina lęthes
Pone precor cęſar faſtus auguſte ſuperbos.
Teqꝫ (licet tractes vaſtę telluris habenas)
Eſſe ſub immenſo poſitum reminiſcere ſummi
Principis imperio. cui rerum ęterna poteſtas.
Hęc ait. ⁊ patrios petiit ſic fata penates.
Jam puero iuxta mores. legemqꝫ paternam
Nomen. ⁊ indigenę dederant inſignia gentis.
Membraqꝫ pertulerant cultros recutita cruentos.
Quom nouus eoo criniti ſideris ardor
Mouit ab orbe magos. qui vel quia forſitan aſtrum
Ante diem partus multo videre. vel ipſa
Quod iumenta magis curſu venere citato.
Immenſum paucis iter exegere diebus.
Herodis monitu. poſtq̃ monſtrata tonantis
Tecta ſubingreſſi. puero tria dona dedere.
Ad perſas aliud per iter rediere colonos
i Amqꝫ quaterdecies croceos titonia coniunx
Extulerat vultus. poſtq̃ lucina beatos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Miſerat in lucem cęleſtia ſemina partus
Cepheus occiderat. iam ſol luſtrabat aquari
Uicinas aquilę partes. veriſqꝫ redibat
Temperies: zephyros pulſis aquilonibus athlas
Soluere tentabat: cęliqꝫ aperire decorem
Regia poſt partum virgo. quę limina nunquam
Liquerat. et breuibus tectis abſcondita. nondum
Uenerat ad ſolymas arces. altamqꝫ ſionem
Preuigil ante diem petijt cum prole. viroqꝫ
Et cum pauperibus donis ſalomonia templa
Munus erat veteri gentis de more pudicę
Turturis. aut paphię duo pignora parua columbę
Iſta ſacerdoti ſolymę paupercula matres
Muuera: pro natis deferre in templa ſolebant
Luce quaterdecima. minor hęc tamen hoſtia. maior
Agnus erat. lex ipſa noui poſt tempora partus
Ante maritales thalamos intrare negabat
Tum meritis longaqꝫ ſenex venerabilis ęuo
Et claro ſymeon vultu. niueaqꝫ decorus
Canicie pluſquam grauitas anniqꝫ ſinebant
Sollicito greſſu celſam properabat in ędem
Sanctus enim. qui munda ſolet per pectora labi
Spiritus. inceſſu celeri ſimeona ferebat:
Ut voti fieret compos. matriqꝫ futuros
Euentus rerum caneret. ſęuoſqꝫ dolores
Ne collata ſibi forſan myſteria voluens
Efflueret faſtu pectus muliebre ſuperbo
Hunc deus aſſiduis orantem fletibus olim
Audierat tandem. et noctis reſponſa per vmbram
Tradiderat non ante ſui ventura ſepulchri
Funera: quam fracto deus illuceſceret orbi:

g i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Inciperetqꝫ nouę noua ſecula currere gentis
Hic igitur dulcem materno a pectore natum
Accipiens letis animis: et fronte ſerena
Dulce deo carmen: meritaſqꝫ exſoluere grates
Cepit: et ex alto miſſam clamabat olympo
Progeniem. et priſcę veniſſe piacula culpę
Et ſic fatidicis ſoluit ſua vocibus ora.
Jam mea ſancte pater. fueras velut ante locutus
Ultima pacifico concludis tempora fine:
Namqꝫ ſalutarem partum tua maxima dona
Uidimus his oculis. his ſuſtentauimus vlnis
Immenſam reſeras lucem: populiqꝫ ſub ora
Mittis. vt omnigenas cęleſti lumine gentes
Clarificet: creſcatqꝫ tuę noua gloria plebi
Tum matri conuerſus ait: tua pectora virgo
Languor: et ingenti dolor implacabilis ictu
Stringet agens altum. męſta in pręcordia vulnus
Tu genitum flebis pluſquam fleuere ſorores
Heliades fratrem. pluſquam vaga luxit oſirim
Uxor. et andromache paruum aſtyanacta. cereſqꝫ
Progeniem a nigro raptam plutone ſub vmbras.
Heu miſeram halcyonem videor: triſtemqꝫ videre
Theſea per dios ariadnam querere campos
Tantalidem fletu lachrymis ciſeida vinces
Sed patere. et forti tolerans fer omnia mente.
Mercibus his emitur cęlum. taliqꝫ petuntur
Aetherij portus. et vitę littora vento
Ipſe tibi vires deus impluet. ipſe cadentem
Eriget: et tecum caſſus comes ibit in omnis
Et tandem lachrymę in riſus: in dulcia mgror
Gaudia tranſibit: toto veneraberis orbe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Terrarum:et ſummi regina vocabere cęli:
Ipſe ſalutari ſocios vbi lauerit olim
Amne puer.noſtrumqꝫ ad ſe genus omne vocarit
Terrigenę tibi ſacra ferent.tibi candida ſeruat
Saxa paros:tibi thura legunt adolenda ſabęi.
Ipſe tibi largos dudum carmelus honores
Cogitat:et natos fęlicibus educat antris
Qui tibi perpetuam niueo teſtentur amictu
Mundiciem.montiſqꝫ tuum cum nomine nomen
Aeterna compage ligent:tu mundior auro:
Tu niue candidior:veneris tu clarior aſtro.
Nec tua virginitas partu viciata:nec vllis
Iſte tuis poterit maculis nigreſcere candor.
Propterea nec ad hunc fueras obnoxia morem
Legitimum:et iuſte poteras his parcere donis.
Tempus erit.quo ſera olim noſtri memor ętas
Hac ſacrum ſolemne die tibi ponet ad aras.
Luminaqꝫ ornatę longo feret ordine pompę.
Tunc tuus aurata gradiens in veſte ſacerdos
Carmina noſtra canet:nubemqꝫ effundet odoram
Templa per:et gratum rapiet procul aura vaporem
Et quoniam veſtris mea ſunt veſtigia plantis
Obuia.poſteritas hanc appellabit hypantem
Voce diem graia.crebriſqꝫ erit ignea tędis
Hęc ſenior vates.eadem pręſaga canebat
Aſſidue:et repetens turbas vulgabat in omnes
Anna:deo quę longa ſui ſacrauerat ęui
Tempora.non illam noctes excedere templo
Non cogebat hyems:non ignea ſolibus ęſtas:
Cunctaqꝫ ſub memori ſeruabat pectore virgo.
h Aec igitur famę nouitas:cęliqꝫ per altos

Incedens tractus vultu noua flamma coruſco
Inuidię ſtimulis: odijqꝫ ardente veneno
Succendere animos regis. mentemqꝫ ſuperbam
Rex erat herodes ſolymis. de ſanguine cretus
Gentis idumeę. ſceptrum iudęa propago
Perdiderat. ſęuumqꝫ ferens inuita tyrannum
Ammiſſos regni veteris plorabat honores
Ipſe igitur regis metuens hęc ſigna futuri
Protinus. innocuo bethlemica rura cruore
Tinxit. et effuſa ingenti per tecta. per agros
Cęde domos lachrymis impleuit. et ęthera planctu
Męrentes erebi campos inſontibus vmbris
Sed neque. quod ſcelus infęlix tentauit adeptum eſt
Nam vigil ante leui dederat. pater iſta miniſtro
Quę ferret mandata ſeni. cui tradita dudum
Cura noui partus fuerat: teneręqꝫ parentis
Subtrahe venturo puerum. matremqꝫ periclo
Et pete niligenas. cladem. et ſęuiſſima iuſſa
Rex parat infanti. ſparſo iam rura natabunt
Sanguine. de matrum ſinibus ſua pignora miles
Auferet. allidens teneras ad marmora frontes:
Atqꝫ in fruſta ſecans paruos crudeliter artus
Sparget: et ingenti reſonabunt omnia luctu
Territus hoc monitu ſenio vicina petiuit
Regna phari. et libycis contermina ſyrtibus arua
Hermopoliniqꝫ domum tutam perduxit in vrbem
Mox theben. quondam portis celeberrima centum
Męnia. penſilibus tectis. templiſqꝫ deorum
Claruit. imperium quom rex buſiris habebat
Dehinc memphitis agros: feriunt vbi ſidera celſę
Pyramides: opus ęterna memorabile fama.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Hic tandem hoſpicio patrij ſuſceptus amici
Artifices verſare manus. victumq3 labore
Rimari. et durę ſtuduit ſuccurrere ſorti.
Utq3 erat ingenio prestans. vſuq3 peritus
Aſſiduo: et quoniam rebus ſollertia maior
Semper adeſt miſeris: animumq3 exercet egeſtas.
Uirtutis non pauca ſuę monumenta reliquit
Ipſe myron laudaſſet opus. laudaſſet et ipſe
Praxitiles. nec phidiaco ceſſiſſet honori.
Seu ferrum. ſeu mallet ebur: ſeu ſculpere cedrum
Promptus erat. tabulis omnes inſcripſit ahenis
Arſacidas. parthoſq3 duces. et gentis achiuę
Cecropidas. et qui regni tenuere latini
Littora murranos. poſt quos troiana propago
Syluius albana ſtabat cum prole. ſedenſq3
Auguſtus cum patre alto ſublimis in auro.
Et ptolemęorum ſeriem. nilumq3 per agros
Aethiopum curuis voluentem flumina ripis
Finxit. et excelſam nocturna lampade turrim
Aequore lucentem phario. ſparſaſq3 regentem
Tempeſtate rates. et feſſos turbine nautas.
Hoc fabri ſenioris opus. nec vile recępit
Hoc opere ex tanto precium. paruamue peculi
Congeriem. his ſtudijs vitam. exiliumq3 trahebat
Lętius. et magno victum querebat alumno:
Tum romę parebat ager memphiticus. olim
Diuitis ęgypti ſceptrum ptolomęa propago
Beſſerat. at regni princeps. ac ſeminis auctor
Unus alexandri comitum fuit. ipſe potentem
Perdomuit libyam. circumq3 iacentia regna
Cyrenes: arabumq3 procul lęta arua ſubegit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Mox tantas philadelphus opes patre digna propago
Suſcepit ſophię ſpecimen. clаruſq; minervę
Cultor. et imperium tenuit cum fratre cerauno.
Stirps extrema domus tantę dionyſius ęuo.
Et virtute minor. nec nomine dignus auorum
Omne ſuę gentis decus obſcurauit et vno
In ſcelere extincta eſt longęuę gloria laudis
Hic fuit extinctor Magni. qui cęſaris arma
Fortunęq; graues fluctus pro ciuibus. et pro
Libertate tulit patria. cui numina. ſi non
Et cęlos fortuna regit. poſt fata dediſſe
Attria crediderim ſtigijs minus aſpera campis
Tunc erat hermopoli folijs. pomoq; ſalubri
Utilis ęgrotis arbor. quę virgine viſa
Pignore cum paruo ſummum flexiſſe cacumen
Fertur. et occulti nomen ſenſiſſe tonantis
Hęc erat a medis arbor tranſlata colonis
Perpetuo frondens et medica mala ferebat.
Parthenices primo ingreſſu: ſimulachra per omnem
Legimus ęgyptum ſubita cecideſſe ruina.
Et colliſa ſolo. iacuit reſupinus anubis:
Cornibus auratis ſolio ruit iſis ab alto
Occidit extemplo luctu quęſitus oſiris
Sicut cum trepidi per cęca ſilentia fures
Noctis eunt taciti. vigilantq; ad furta: repente
Si denſas abigat lux improuiſa tenebras:
Difugiunt. lucemq; timent. ceduntq; diei.
Attoniti vates illis reſponſa diebus
Nulla dabant: ſtabatq; oculos immotus aruſpex
Sparſa ſacerdotes timido legere deorum
Fruſtra miniſterio: cępit tunc perdere vires

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Cęca ſuperſtitio: veriqꝫ exurgere patris
Cultus: ⁊ occulto ſuperum latrea fauore.
Quo ſtudio natum: qua ſollicitudine mater
Sancta quibus curis: ⁊ qua curauerit arte
Non ſi mille mihi boreas inflauerit ora:
Milleqꝫ veloces ſurgant in carmina linguę.
Expreſſiſſe ſatis liceat. tollebat in vlnas
Et figens oculis oculos pręcordia flammis
Dulcibus vrebat. teneros amplexibus artus
Stringebat lachrymans: roſeę dabat oſcula fronti:
Vbereqꝫ exerto dulcem inuitabat ad ęſcam.
Expertem ſermonis adhuc: nec verba valentem
Soluere progeniem: ſummoqꝫ ardebat amore.
Quom primum dulces infans proferre loquelas
Cępit ⁊ alternis veſtigia figere plantis:
Mater ei tunicas habiles ordita: nouumqꝫ
Veſtis opus: niueo puerū velauit amictu.
Suſpiciensqꝫ polos inquit. date numina veſti
Incrementa meę: pueri cum corpore ſemper
Creſcat: ⁊ ad ſanctos vltro ſe accōmodet artus.
Non gladium: tineanue ferat: non trita ſenectę
Cędat: ⁊ hęc noſtri durent monumenta laboris:
Sic ait. ⁊ tenui gaudentem cyclade natum
Spectabat defixa oculos. dextraqꝫ regebat
Ambiguos greſſus. in pignore prouida ſemper
Sollicitę mens matris erat. pia voluere verba
Et ſuperum laudare patrem ſtudioſa monebat.
Atqꝫ manu victum quęrens. ſub paupere tecto
Aſſiduum tractabat opus. non mobilis illi
Frons erat. aut ſubito pectus mutabile motu.
Grata ſed illius mentem. vultumqꝫ decoro

Pondere firmabat grauitas. non meſta nec atrum
Torua ſupercilium. nec aperto effuſa cachinno
Sed clara ⁊ miti facies condita lepore.
Non ridens. non triſtis erat. ſed mixtus vtroqꝫ
Uultus. humiqꝫ oculos ſemper conuerſa nitentes.
Offuſcare decus. viuamqꝫ abſcondere formam
Cura fuit. ſemper vulgus. manifeſtaqꝫ ſemper
Compita. congreſſus hominum vitauit ⁊ ora.
Gaudia natus erat. natus ſolatia. natus
Curarum lenimen erat. matri iſta voluptas
Sola fuit. terram membris habitabat olympum
Mente. nec a ſtudiis potuiſſet talibus vnqꝫ
Diuelli. pietas imis immerſa medullis
Heſerat. ⁊ firmas virtus incocta ſub alto
Pectore radices pulſa vndiqꝫ ſorde per omnes
Spargebat late ſinceri corporis artus.
His ſuperaddiderat diuinę ſemina lucis.
Cęleſtiqꝫ pater totam luſtrauerat igne.
Non illam terrenus amor. non vlla caduci
Cura boni. non ſpes vitę. non triſtis imago
Horriferę mortis. nec honor. nec fama mouebat
Hic fuit a prima ſeruatus origine ſemper
Uiuendi modus ad gelidi nigra vſqꝫ ſepulchri
Limina. ſicut em̄ aſſiduis quę vapulat vndis
Dura ſilex immota manet. nec murmura ponti.
Nec metuit ventos tempeſtateſqꝫ ſonoras.
Quoqꝫ magis p̄mitur. tanto fit leuior eſtu.
Sic inconcuſſum firmato robore pectus
Fortunę quaſcunqꝫ minas. quoſcunqꝫ labores.
Erumnaſqꝫ tulit. patiens terit omnia virtus:
Aegyptus pluuiam neſcit. ſed lata quotannis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Cum premit ęquorei ſol humida brachia cancri
Arua rigat nilus: verum his fęcundior annis
Exijt: ⁊ campos melioribus imbuit vndis:
Largius ⁊ ſegetes illis: ⁊ poma diebus
Protulit omnis ager: pręſentia numina tellus
Senſit: ⁊ illius radijs fęlicibus ęther
Intima maiori compleuit viſcera partu
Iam ferus herodes fato ſublatus: ad vndam
Raptus erat ſtygiam ęterna cruciandus erinne:
Et poſt prima fugę iam ſeptima venerat eſtas
Tempora: iamqꝫ pedes puer exercebat: ⁊ ora
Rectius: ⁊ formę dulci florebat honore.
Quom diuis iterum galilęa mouentibus arua
Ocyus ęgypti laribus petiere relictis:
Nec bethleem tetigere domos: nec rura ſionis:
Archeleos nam tunc ſolyma regnabat in ora
Natorum primi herodis ſęuiſſimus: illo
Poſt luſtrum expulſo dulci cum pignore mater
Longeuuſqꝫ ſenex ad primi maxima veris
Orgia. quom typico faciunt ſolemniter agno
Conuenere: puer ſubitę ſeſe abdidit vmbra
Nubis: ab aſpectu matris ſublatus: in alta
Templa ſacerdotes inter: legiſqꝫ magiſtros
Mirantem vario tenuit problemate turbam
Tres illum gemebunda dies. tres anxia noctes
Agnatos notoſqꝫ inter per rura. per vrbem
Cum tremulo conſorte parens queſiuit. ⁊ auras
Quęſtibus impleuit. lachrymiſqꝫ tepentibus ora.
Sępius hęc iterans. magni mi nate tonantis
Progenies. ſi terram habitas. te oſtende parenti.
An potes ardorem hunc afflictę ſpernere mentis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Si cęlos ęterne patris ſi regna petiſti.
Me quoqꝫ depoſitis in ſidera collige membris
Uel viuam me tolle precor: quo veneris: ęquum eſt
Me quoqꝫ nate ſequi. tuus eſt ex ſanguine ſanguis.
Ex membris tua membra meis. ex corpore corpus.
Quod totiens alimenta dedit tibi lactea pectus
Ferre potes tantis curarum molibus angi?
Tercia lux aderat. quom ſe querentibus vltro
Obtulit. ⁊ media ſeſe monſtrauit in ęde
Tunc illum formoſa parens amplexa. quid inquit
Nate tot in lachrymas tanta in ſuſpiria mittis
Me miſeram? triſtemqꝫ virum? tum lumina tollens
In matrem genitus dulces ſe miſit in vlnas
Et poſt ter ſenas hyemes. quom ſidera capri
Linqueret hydrophoro iuueni vicinus apollo
Cęligenam ſobolem placido ſermone precata eſt.
Tethyos vt latices dulci mutaret hiaccho:
Albaqꝫ purpureos aſſumeret vnda colores:
Ornaretqꝫ nouo conuiuia ſancta liquore.
Tum primum veteri deus innoteſcere mundo
Cępit: et antiqui nebulas excludere ſęcli:
Propterea ſtygio feruens iudęa furorę
Terribiles illi pęnas. commentaqꝫ fraudis
Struxit inauditę: ſub iniquo iudice tandem
Damnatum fixere cruci: quem pallida mater
Contemplata diu ſtetit: ⁊ ſuſpiria ducens
Cum vellet clamare ſonus non affuit ori.
Ploranti lachrymę deerant: cum tangere corpus
Tentat: ⁊ ad triſtes extendere brachia plantas:
Phydiacę ſimilis ſtatuę ſine ſenſibus hęſit.
Corda ſopor gelidus clauſit: caua lumina nubes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Texit: ⁊ amiſſo ceciderunt robore membra.
Aſt vbi collapſam famulę. comiteſqȝ leuarunt
Atqȝ fatigatos ſenſim vigor imbuit artus:
Conuerſo adnatum tales dedit ore querelas.
O decus. o placidum diuinę frontis honorem
O faciem. o mitis clementia lumina vultus:
O ſine fraude manus: o neſcia criminis ora.
Ora mea totiens gremio inclinata: meaqȝ
Contrectata manu totiens. primiſqȝ ſub annis
Hoc miſero nutrita ſinu. geſtata lacertis
Membra meis totiens: ſummoqȝ exęthere miris
Lapſa modis: quę me facitis ſine coniuge matrem
Non ego vos. et ſi ſimeon crudelia fata
Precinuit. tanto credebam nata dolori.
Nec paritura mihi tantum męroris. ⁊ auſus
Eſt quiſquã ſcelus hoc ingens? non horruit ergo
Mens humana nefas tantum? quid criminis in te
Nate. quid ⁊ tante potuit quis fingere culpę?
Tanta ne lętheos manes audacia mouit?
Tanta ne terrigenas homines dementia preſſit?
Hoc liuoris opus. tantas amor improbus auri
Parturit inſidias. hęc ſunt dulciſſima proles
Quę te. meqȝ necant. ſceleri ſcelus arma miniſtrat.
Juſticięqȝ ratis duplici perit obruta vento
Flete viri. ſanctęqȝ nurus. nulla audijt ętas
Par facinus perit humana ſub imagine mundi
Conditor. ipſe cauum cęli. qui ſuſtinet axem
Terra quid auctorum ſceleris veſtigia portas.
Auctorem cognoſce tuum. date ſigna doloris
Sidera. damnatus iuuenis ſub iudice falſo.
Adiutore carens. inter furibunda relictus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Agmina.ſolus.inops.plantas.caput.ora.manuſqꝫ
Saucius.⁊ duro traiectus pectora ferro.
Unica deſertę ſoboles.ſpes vnica matri
Heu moritur.virtuti honor hic.hęc pręmia dantur
Moribus innocuis:prohibe tua lumina titan
Abde caput nebulis.aer precor indue noctem
Omnia.quę cęli gremio capiuntur.⁊ ipſi
Si deus hic nobis.mariam miſereſcite cęli.
Et plorate mei mecum crudelia nati
Funera lugubrem domini cognoſcite caſum
Uah populo.patribuſqꝫ tuis ſanctiſſima quondam
Nunc ſcelerum ſentina ſion tua crimina quantis
Te implicuere malis.vnum quot funera funus
Parturiet.lux vna omnes peſſundedit annos:
Nate dei:qui fers humana piacula ſolus
Me affligi ſimul.atqꝫ tuos ſentire dolores
Cogit amor.natura iubet.mihi ferrea plantas
Spicula.mortiferę penetrant mea pectora ſentes.
Cordaqꝫ dilaniant.miſeros vix ſuſtinet artus
Spiritus.atqꝫ vtinam tecum mihi nate liceret
Afflictos finire dies:⁊ cędere vita.
Omnia te nobis melius preſente ferebam.
Sed poſtqꝫ te liuor edax.⁊ auara cupido
Oppreſſere.nihil ſupereſt niſi triſte ⁊ amarum.
Nulla meis ſine te ſolatia.nulla voluptas
Rebus erit.tecum pereunt mea gaudia.tecum
Omne meum ſolamen obit.ſuſpiria tantum
Singultuſqꝫ mihi ſine te.⁊ lamenta ſuperſunt.
Ah qꝫ dulce foret matri.ſi viribus vſus
Nate tuis proprię fugeres diſpendia vitę.
At poſtqꝫ pietas:⁊ inenarrabilis ardor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Tanta pati: tantoq; premi te pondere cogunt
Eſto mei ſaltem memor: et miſerere tuorum
Quos moriens inter tam ſęuos deſeris hoſtes.
Poſtq; tuos matrem reditus mi nate reuiſe.
Et ne adeo magni teneat te cura parentis
Ut tibi deſertę ſubeant obliuia matris
Aduentus ſperare tuos concede parenti:
Atq; tuos iterum vultus: atq; ora tueri
Hęc mihi ſpes lenimen erit: curaſq; leuabit
Iſta fides: oro ne poſt tua funera linquas
Suſpenſam me nate diu. ſed te ocyus ipſum
Redde tuis. hoc materno da munus amori
Spes eſt longa dolor. promiſſaq; muñera amanti
Expectare diu labor eſt. et pondus iniquum
Hactenus et ſi me caſus timor iſte futuri
Ambiguam premeret. tua ꝗ tamen ora licebat
Cernere me vitę nunquam tedebat. et omnem
Tollebat tua ſola ſalus mihi cognita curam
Uita mihi ſemper poſt hac inuiſa futura eſt.
Nulla dies lachrymis vnquam. gemituq; carebit
Et viuam moriens: erit et vita ipſa ſepulchrum
Solo domo incerta lucem perteſa latebo:
Propterea prohibe iſtius me nate teneri
Exilio vitę. finemq; impone dolori
Atq; dies pręcide meos neu deſere matrem
Hoſtiles inter turbas. plebemq; cruentam.
Ad noſtros vbi victor auos ſub nocte latentes
Ueneris. oro meum iubeas ſaluere nepotem:
Illum ad me duc nate precor. tecumq; reſurgat.
Interea ipſa tuos comites ſolabor. et iſtos
Ne nimium caſus timeant ſtudioſa rogabor

Talibus ęgra parens ad natum vocibus vſa eſt
Hęc lamenta ſolum mouere tremoribus. alpes
Expreſſere metum. colliſaqꝫ ſaxa per auras
Terrifico ſtrepuere ſono. titania lampas
Occidit extemplo. medioqꝫ expalluit axe:
Aſtra ſimul ſolemqꝫ dies amiſit. olympum
Aequora tellurem ſubita nox abſtulit vmbra.
Ipſa repentinos rerum natura tumultus
Admirata caput circumuertebat. et orbem
Perluſtrans: tantorum operum diſcernere cauſas
Non valuit. ſacroſqꝫ leuans in ſidera vultus.
Numina mutato dixit mea regna laceſſunt
Ordine. grande aliquid tantis elementa fatentur
Motibus. aut ſuperos iterum diſcordia vexat:
Aut opus immenſum cęlo deus euocat: ingens
Inſolitumqꝫ aliquid certe hęc portenta loquuntur.
Signa dedit tellus. vtinam bene vertat. et aſtra.
Hęc ait. attonitę cęca calligine gentes
Merſa ſub ęternam timuerunt ſęcula noctem
Fletibus his aderat iuuenis. qui ſponte relicta
Coniuge dilecto voluit comes ire magiſtro:
Hunc igitur cum iam traheret ſuſpiria chriſtus
Vltima. et vrgeret ſupremus anhelitus ora.
Singultire videns fleuit. paulumqꝫ leuatis
Luminibus. comitum dixit chariſſime ſalue:
Quem neqꝫ blanditijs potuit mollire voluptas:
Non terrere minę. non inclinare labores.
Nunc habeo grates: referamqꝫ fideliter olim
Quod mea prętuleris viridi conſortia vitę
Solus. et in caſu comes es mihi ſolus acerbo.
Morte premor dare poſtremis mandata loquelis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Pauca ſinor. fuit hęc. licuit dum viuere. nobis
Sed poſt hac tibi mater erit. tibi namqꝫ relinquo
Et curam et nomen nati. ſeruabis amorem
In matrem ſobrine meum. poſſeſſor et hęres
Ipſe meę pietatis eris. per ſaucia teſtor
Brachia. per plantas. capitiſqꝫ aſperrima ſerta
Huic miſerę fer opem viduę. mox fronte parumper
In mariam verſa. tua ſint hęc pignora dixit
Hic mulier tibi natus erit. ſolabitur ęgram
Atqꝫ operam rebus dabit officioſus agendis
Viue. nec aduerſos inter te deſere caſus
Nec fugias mala nec quęras: venientia ferto
Sic fatus poſuit faciem. de fronte loquentis
Pallida confuſus lachrymis cruor ibat in ora
Talibus admonuit matrem ſine nomine matris
Ne materna pium laniaret viſcera nomen
Suſcepit iuuenis grate. matremqꝫ amitamqꝫ:
Et ſatis officio fecit nati: atqꝫ nepotis:
Donec perfidię creſcens audacia paſſim
Caſtra dei genus electum peregrina coegit
Littora. et ignoti noua regna inuiſere mundi.
Tunc omnes patriam. et ſolymos liquere penates
Morte. vel exilio pulſi. robuſta diſerti
Tum ſtephani pietas inter volitantia ſaxa
Enituit. templi pręceps iacobus ab alto
Culmine deiectus fractis ad marmora membris
Teſtis. et exemplum fidei immortale reluxit.
Poſt longos tandem gemitus. poſt funera natum
Prima reſurgentem vidit. nam conſcius ipſe
Materni męroris: auos vbi traxit ab orco:
Mane ſub auroram ingenti cum luce parentis

Tecta ſub ingrediens: quid tot ſingultibus inquit
Chara parens. quid te fletu conſumis acerbo?
En tua progenies adſum. mecumqꝫ nepotis
Umbra tui. cognoſce manus. veteremqꝫ figuram
Oris. et iſta tuis mea membra ſimillima membris.
Cur tantos noſtro ſparſiſti in funere planctus?
Ipſe tuas grauius voces. animiqꝫ dolorem
Quam tormenta tuli. ſed iam aſpera cuncta peregi:
Nil ſupereſt mortale in me. nil triſte relictum.
Vicimus infernos gentemqꝫ ſubegimus atram.
Pone metus: curaſqꝫ parens. hilariqꝫ beatum
Fronte diem celebra. paruo poſt tempore mecum
Immortalis eris. ſceptrumqꝫ tenebis olympi.
Sic fatus ſubito tenues diſceſſit in auras.
Hoc viſu rediere animi. vireſqꝫ reſnmpſit
Parthenice ammiſſas. per eburnea membra cucurrit
Purpureus color. et formę reuocauit honorem:
Sicut cum rapido noua gramina pertulit ęſtu
Phębus. et egregium calor abſtulit oris honorem
Si nouus humenti labatur ab aere nymbus
Et ſcatebris riget omne ſolum vetus intrat in herbas
Robur et agrorum redit inſtaurata venuſtas.
Narciſci caput extollunt. peneia ridet
Laurus et exultant hilares per rura napeę
Ipſa aderat quom nube deus circundatus alba
Iuit in ętheream ſocijs mirautibus arcem:
Et quom flammiferę venit ſub imagine linguę
Spiritus. ingenti reſonans per tecta fragore.
Tum noua pacificę fidei mandata ferentes
Diſcipuli ſolymis orbem inuaſere relictis
Tempore namqꝫ illo vires atqꝫ arma quiritum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Humanum vicere genus. ſed inermis chriſti
Caſtra deos. veteres auſus imitata gigantum.
In vidua deſerta domo rerum indiga virgo
Coniuge defuncto: natoqꝫ in regna recepto
Ducebat triſti vitam mȩrore iacentem
Iam charas olim comites martham atqꝫ ſororem.
Eurus ad occiduum tulerat ſine remige littus.
Propterea ammiſſi quęrens ſolatia nati
Palladię collem dederant cui nomina ſyluę
Et loca. quę curare magis quondam ille ſolebat
Aſſidue tanquam prolem viſura petebat.
Impatiens amor eſt. maioraqꝫ viribus audet:
Seqꝫ repeturum credit quę ardentius optat.
Inter cęſarias arces. tirioſqꝫ colonos:
Et vada iordanis frontem carmelus in auras
Tollit. et aſſiduos latices in vertice ſummo
Parturiens ſyluas ſalientibus irrigat vndis:
Atqꝫ ſupercilio ſenſum demiſſus ab alto
Ultima carpathium veſtigia mittit in ęquor:
Abluiturqꝫ fretis paphię quibus inſula diues
Cingitur: et pharios videt alto a culmine fluctus
Mons patrum pietate ſacer: lateqꝫ priorum
Inclytus hoſpitio vatum. nam dicitur illinc
Diſcipulo ambuſtam iaciens ex aere veſtem
Helias ardenti cęlum petijſſe volatu
Illinc perpetuis. ceu miſſi e frontibus amnes
Relligio: et ſacri fluxit reuerentia cultus
Quicquid habent alij montes pietatis ab iſto
Ducitur. hac vna plures e vite racemi
Diffuſi late terras. atqꝫ ęquora complent
Hinc cartuſiacis ęterna ſilentia clauſtris:



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Hinc varias benedictus oues collegit: ab iſto
Canabe nodoſa tunicas arcere fluentes
Ligni pedes didicere viri. quiqꝫ arua colebant
Inuia: et aſſiduo terras ardore calentes
Et quos cyriacus de littore vexit ibero
Hinc orti. ſanctum et ſummo genus ęthere dignum.
Hinc noſtri venere patres. habitacula montis
Culmen adhuc ſeruat toto apparentia ponto
Quę noſtri poſuere ataui modo poſſidet hoſtis
Barbarus: expulſę ſolem petiere cadentem
Arctoaſqꝫ domus. et gentis regna latinę
Relliquię antiqui generis: vatumqꝫ propago
Quę ferrugineos humeris circundat amictus
Veſte ſub albenti. nec ſumit ab arte calorem.
Huc igitur ſi quando quies: vacuumqꝫ negoci
Tempus erat: veniens curas lenibat. et ipſa
Maieſtate loci large oblectata redibat
Propterea montana viri ſpelęa colentes
Audito illius fato ſublime ſacellum
Apricis poſuere iugis primi: atqꝫ quotannis
Sacra inſtaurantes hymnos. et tura ferebant
Namqꝫ ipſi ſeſe. mox vt vulgata ſalutis
Fama fuit. chriſti magnis iunxere miniſtris
Fautores operis ſancti ſocioſqꝫ laborum
Propterea iſtorum longos ſeruata per annos
Poſteritas iungit marię cum nomine montis
Nomina carmeli. niueoqꝫ inſignis amictu
Perpetuum ſeruat priſcę pietatis honorem
Hos quoqꝫ virginei penes eſt reuerentia cultus
Pręcipua ſeruata fide. velut herculis olim
Sacra poticigenę cuſtodiuere nepotes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Hoc deus. hoc magnę petri qui pręſidet aulę
Paſtor. et ęternis orbem moderatur habenis
Sępius accitis patribus ſacroqꝫ ſenatu
Sanxit. et ęra notis ſignata bifrontibus extant
Paſtor in antiochi celebres ignatius agros
Venerat. et ſacros petri ſortitus honores
Sancta per aſſyrios paſcebat ouilia campos:
Iſte ſuper mira naſcentis origine chriſti:
Et teneri ſtudijs ęui: vitęqꝫ prioris
Moribus ad matrem dedit: accepitqꝫ tabellas.
His adeo incaluit patrię cęleſtis amore:
Obuius vt fatis vltro progreſſus in ipſos
Se tulerit traiani enſes: et in ora leonum.
Quin et defuncti ſcrutatus corda ſatelles
Auratis inſcripta notis inuenit Jeſu
Nomina. ſic grauibus dictis. ſuaſuqꝫ potenti
Intima diſcipuli penetrarat pectora virgo.
Ac ſi quis partho miſſurus ſpicula cornu
Cuſpidis ętate trahat: impellatqꝫ ſagittam
Iamqꝫ propinquabant cani. rugęqꝫ venuſtam
Criſpabant faciem. formęqꝫ inimica ſenectus
Venerat. at pulchros ętas ne frangeret artus.
Lumina ne longo iam caligantia fletu
Induerent tenebras:: fierentqꝫ obnoxia nocti.
Dicitur ęternum matris pro funere natus
Talibus alloquijs interpellaſſe parentem.
Magne pater qui me terręne regna perirent
Corpus et humanos iuſſiſti aſſumere vultus
Aſpicis annoſo genitrix vt frigeat ęuo.
Deformiſqꝫ ſitu ſenij tabeſcat. et annis
Curuetur grauibus: ſpacium vitale peregit:

Jam ſatis erumnas: inopiſqꝫ incomoda vitę
Pertulit. aſſiduo ſatis eſt attrita labore.
Matris et eximie ratio virtutis habenda eſt.
Da ſceptrum cęleſte meę. promiſſaqꝫ matri
Regna pater. longeqꝫ diem ſuccedere nocti
Jam videat. mutetqꝫ ſuos in gaudia luctus
Et quia nec vitę labem nec originis vllam
Nouit: at antiquum retinet ſincera pudorem:
Maieſtate tua dignum non arbitror iſtud
Tam ſanctum tellure pati putreſcere corpus.
Sic ait: at placido poſtquam pater annuit ore:
In diuerſa leues premiſit regna miniſtros
Qui comites olim vitę mortalis in vnum
Colligerent: matriſqꝫ illos ad limina ferrent
Obſequium dominę: tumuloqꝫ extrema daturos
Officia. et celebri ducturos funera ritu
Ipſe ferens textam phębi de lumine veſtem.
Claraqꝫ biſſenis matri diademata flammis
Nazareth ex alto petijt non ſolus olympo:
Nam regem comitata ſuum cęleſtia paſſim
Agmina ſollemnes fecere per aera pompas:
Et feſtam duxere diem: veteriſqꝫ nouęqꝫ
Legis et ex omni volitabant ordine turmę.
Ante alios dauid et murice Clarus et auro
Argutam plectro citharam pulſabat eburno
Et veteres ducebat auos: cupiduſqꝫ videndi
Virgineos obitus celeri per inania lapſu
Ibat et ethereo mulcebat nubila cantu
Ceu cum fata gemens cygnus vicina canoro
Gutture et extrema canit ad ſua funera voce.
Pone ſequebantur vates: coma fuſa per auras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Nabat: ⁊ in tenui ventus ludebat amictu.
Parthenice angusto recubabat feſſa cubili
Et lachrymans requiem orabat: finemq; laborum.
Progenies igitur diuorum aſtante corona
Sedit: ⁊ ęgrotam ſic eſt affata parentem.
Alma parens mecum diuturna pericula quondam
Et ſine me perpeſſa tribus mala plurima luſtris
Crediderasforſan citius me noſtra daturum
Regna tibi: quia mater eras. humana volebat
Hoc pietas: ⁊ amor preceps. lex altera cęlo eſt.
Nos etem̄ lento pęnas ⁊ pręmia ſemper
Cogimus ire gradu: meritis vt pręmia creſcant:
Et vitare grauem nedum ſollertia poſſit
Uerum ⁊ ſegnicies pęnam: clementia ſummi
Tanta patris tali humanum genus arte gubernat
Hęc mora longa fuit pietas ⁊ gratia maior:
Semper em̄ tibi creuit honor. tua gloria ſemper
Aucta magis. iam prima ſibi loca vendicat inter
Spirituum ſanctos cętus in vertice mundi.
Nam quo quiſq; magis ſortem patienter acerbam
Pertulerit viuens. tanto ſublimius ibit
Orbe alio. patriq; magis vicina tenebit
Tecta meo. fęlix igitur cui victa voluptas
Terga dedit. longi quem non fregere labores.
Humanę ſpacium vitę componere fas eſt
Hippodromo. celeres per quem rota feruida currus
Voluit. ⁊ aſſiduo concretus puluer e ſudor
Membra virum tepido reddit deformia limo.
Ambigui rerum euentus. ſuſpiria longo
Cum gemitu. lachrymis turgentia lumina. pallor
Plumbeus. exangui triſtes formidine vultus

Cura vigil: labóꝛ oſſa domans: doloꝛ anxius omnem
Sollicitant hominum vitam: terraqꝫ mariqꝫ
Obijciunt ſeſe paſſim: prudentia frenis
Talibus humanos auſus diuina cohercet:
Tranquillamqꝫ negat pacem moꝛtalibus ęgris.
Eneruare ſolent ſecuras ocia mentes
Et vitijs vmbrare animas: vt puluis aquoſo
Imbre coit: leuibuſqꝫ rapi iam neſcit ab euris.
Sic aduerſa premit ſenſus foꝛtuna rebelles:
Et cogit parere deo: moꝛboſqꝫ latentes
Pellit: ⁊ ardentes in pectore mitigat ęſtus:
Ut ſale conſperſo longos ſeruantur in vſus
Uiſcera: nec lędi ſanie nec tempore poſſunt:
Sic duris animi rebus firmantur: ⁊ omnem
Abijciunt peſtis cauſam: ſoꝛs aſpera tutum
Prębet iter: via ſidereas hęc ducit in arces.
Hac rate feruentes pelagi ſuperenatat vndas
Qui petit ęterni poꝛtus ⁊ littoꝛa regni.
Uidiſti qui me caſus voluere meoſqꝫ
Communi exilio pulſi varijſqꝫ per oꝛbem
Suppllcijs acti ſoꝛte exercentur iniqua
Et nunc extremis galloꝛum finib us exul
Martha ſoꝛoꝛqꝫ latent: quas implacata malignis
Gens odijs vento expoſuit pelagoqꝫ minaci.
Ipſe dedi faciles curſus euroqꝫ ſecundo
Per rhodon: ⁊ cretę fines. ⁊ neriton altam.
Scylleumqꝫ fretum tyꝛrhena per ęquoꝛa vectas
Littoꝛe longinquo expoſui. qua gallicus altum
Illabens rhodanus. cirneas diuidit vndas.
Hactenus hęc iam tempus adeſt. vt inertia vitę
Pondera deijciens cęlum: ſupꝛemaqꝫ mundi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Regna petas: et promiſſo potiaris olympo.
Hęc genitus. lęto genitrix hęc reddidit ore.
Nate diu expectate mihi multiſq; vocate
Supplicijs. tandem exilio finem. atq; labri
Pone meo. cur tantum oro mea gaudia differs.
Sed tamen ante tuos iſto q̃ e corpore migrem
Da videam fratres. ſtygioſq; hinc eijce manes.
Ne mihi tartarei vultus. triſteſue figurę
Horrorem incutiant mortis gelidumq; timorem.
Necdum finierat. quom iam duodena per auras
Lęta cohors aderat. cilicum reuocatus ab oris
Hic erat. a gręcis alius trans pelion atq;
Tethios euboicę flu ctus minoiaq; arua
Et mare carpathium. ſitientibus alter ab indis.
Alter ab ęthiopum ſiccis tranſlatus harenis
Tranſq; domos arabum. rubri trans littora ponti.
Ille per europę populos a gente latina
Tranſierat venient ſiculos. pelopiſq; penates
Phębeamq; rhodum. ſparſaſq; per ęquora terras.
Mox animos erebi quot erant per tecta. per auras
In cęcum deus ire chaos mandauit. ⁊ altis
Immergi tenebris. atq; intra tartara claudi.
Tum niueam mentem domibus diſſoluit opacis:
Et ſuper iniecit tulerat quę dona parenti.
At gelidum tepido iacuit ſine ſanguine corpus
Splenduit ęthereo mens immortalis amictu.
Cui ſuperum mirata cohors arridet. ⁊ altis
Gaudia ſcintillant animis. dominamq; ſalutant.
Inſonuere poli. longeq; auditus ab alto
Concentus. mixtumq; melos. pars ocyus acta
Clarius ⁊ cantu late reſonabat acuto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Tarda ibat grauiore ſono: qui ſidera voluunt
Nunc gelidum verſus boream pigrumqꝫ bootem
Nunc auſtros contra celiqꝫ latentis ad axem
Curſibus aſſiduis orbes: qui lucida paruo
Circuitu verſant in ſummis orbibus aſtra:
Hi quoqꝫ concordi vocum diſcrimine carmen
Immortale dabant: tellus mare riſit ⁊ aer.
Ipſa ſinu matrem proles complexa per altos
Aeris aſcendit tractus: iuxtaqꝫ paternum
Ad leuam ſolium ſublimi in ſede locauit.
Interea miſſi ſtratu impoſuere feretro
Sollicitiꝫ exanimum corpus gremioqꝫ dederunt
Vallis: vbi magnum mundi: ⁊ generale futurum eſt
Judicium: ⁊ tali ſignarunt carmine marmor.
Parthenice diuum dominę: matriqꝫ tonantis.
Terga ferę titan nemeę extrema tenebat
Fulgentem cratera inter: claramqꝫ coronam
Uerum illud nati imperio poſt tempore paruo
Ablutum iordanis aquis terręqꝫ reſecto
Pondere: ⁊ ardenti veſtitum luce nihilqꝫ
Jam mortale tenens celeres in ſidera diui
Tollentes iterum menti impoſuere beatę.
Ipſa tenens ſceptrum ⁊ nitido diademate fulgens
Cincta caput: terras amat: atqꝫ vocata fauorem
Impluit: ⁊ celi lucentibus imperat aſtris.

¶ Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Fratris Baptiſtę Mantuani Carmalitę ad beatam virginem Uotum.

Ad tua confugio ſupplex altaria virgo
Et fero nocturnas in tua templa preces.
Tu noſtros etem̄ potis es depellere morbos:
Aegraqȝ de tepido membra leuare thoro.
Te deus ⁊ terrę fecit: cęliqȝ potentem
Et tibi cotytus cum phlegethonte ſubeſt.
Signa tenes regni fuluum caput induit aurum
Uirgineam decorat regia virga manum.
Albicat intactum niueo velamine corpus:
Et tenuem pingunt aurea mala togam.
Aurea non ſterilem demonſtrant mala puellam:
Indicium candor virginitatis habet.
Hęc duo ſignificant: q̄uis natura repugnet.
Quod paris illeſa virginitate deum.
Lucida biſſeno tibi frons inuectitur aſtro:
Atqȝ ſedes alto glorificata throno.
Sole micant humeri fugientibus vndiqȝ flammis:
Et niueos veſtit candida luna pedes.
Maxima ſpirituum legio tibi ſeruit: ⁊ vltro
Cęleſtes volitant ad tua iuſſa chori.
Tu noſtros igitur potis es depellere morbos:
Aegraqȝ de tepido membra leuare thoro.
Cerne meos ergo gemitus: miſerere dolorum:
Non licet afflictas diſſimulare preces.
Luce gemens iaceo reſonant ſuſpiria nocte:
Totaqȝ continuus tempora langor habet.
Arida conuellit feruens pręcordia febris:
Et phlegethontęo me coquit igne focus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Renibus ęthna ſubeſt. boreas incendia flatu
Suſcitat. immenſus deuorat oſſa calor.
Aret ⁊ exuſto tabeſcit lingua palato.
Siccaqꝫ compreſſis faucibus ora tacent.
Feſſus hiat pulmo tenuem vix attrahit auram.
Raucaqꝫ languenti guttura voce ſonant.
Flagrat dira ſitis. quã nõ extingueret hebrus
Cum gelido hybernas colligit amne niues.
Soluitur in cineres exhauſto ſanguine corpus.
Et parat a rſuro tabida membra rogo.
Aeger ſolus inops aliena ignotus in vrbe
Conqueror ⁊ mecum triſtia fata gemo.
Auxilium medicina negat: natura dolori
Cędit: ⁊ amiſſo robore victa iacet.
Non me philliridę poſſunt nõ phaſidos herbę
Soluere: non coi prouida cura ſenis.
Nõ mihi circeum carmen non pęonis artes
Non pariet delos: non epidaurus opem
Qualis in ęquoreo puppis quaſſata tumultu
Cum bibit admiſſum ſciſſa carina fretum
Talis ego immenſa morbi ſub mole ſepultus
Non procul extremu m ſuſpicor eſſe diem.
In ſcopulum fracta ſi quis rate pulſus ab vndis
Expectet nautę prętereuntis opem.
Uidit vbi lato nullam prodire ſalutem
Aequore: ſopit iners triſtia corda gelu
Sic mihi qui non ſum medica ſanabilis arte
Opprimit exanguis pectora męſta pauor.
Ad ſuperos clamo ſupplex ⁊ numina planctu
Sollicito. diuos in mea vota voco.
Sed te pręcipue diuorum maxima virgo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Mitis in humanum quę genus eſſe ſoles.
In nos magna tui ſunt experimenta fauoris:
Et pietas omni iam tua nota loco eſt.
Erue me tantis igitur regina periclis:
Et lacerę ſparſas collige nauis opes.
Mox vt liber ero lauretia templa reuiſam
Et tibi de noſtro carmine munus erit.
Carmine perſoluam grates: ⁊ carmine laudes:
Carmine diuinum teſtificabor opus.
Hę mihi diuitię q̃uis mihi paupere vena
Caſtalio tenuis riuus ab amne fluat
Ter tibi lucentes ſacrum ponetur ad aras
Iunctaqꝫ cum dulci myſtica liba mero.
Et tua progenies duplici ſub imagine ſacrum
Fiet: et hęc noſtrę cauſa ſalutis erit.

Finis.

Impreſſum Dauentrię ꝑ me Iacobū de Breda. Anno dñi. M.cccc.xcviij. decimaoctaua menſis Maij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Apparata mutata

falcidus fata dicto

asparago orno

Danida aura

tetum dequo pardoli semen rosto

glomerare

inuidiari

spe vedi — a...

supradicto labrysta

desquina

gelida rugosa ... prostituta

fera vinea

... non fuit ...

... amemor ... sordido mont ... salus ... modesto solent ²

peternia ...

seponfra ...

...ina ...

... ... ...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 61